

lis, quæ intra Monasteria exempta cum educatione morantur, & habitant, quia ratione loci sunt liberæ ab Ordinaris jurisdictione: *vid. n. 1450. & 3207. Donatus tom. 3. rr. 5. qu. 33. n. 2. & facta ab Ordinario reservatione aliquos casus ad clausuram spectantis, certum est non posse Prælatum Regularem ab illo suam subditam absolvere.*

Denique dispositio, & restrictio facta à Clemente VIII. super casuum reservatione, relata n. 3301. solum locum habet pro Monialibus Prælati Regularibus subiectis, minime pro subiectis Ordinario; quia Prælati Regularibus est directa, Pelliz. c. 10. d. n. 45.

NOVITIOS

3437 **N**on comprehendit [ait Sieri de Sacramento Pœnit. n. 779.] à reservationibus Religiosis, quia in odiolus non sunt subditi; sic communis contra Peregrinum & Laym. lib. 4. rr. 5. c. 4. & quamvis ex quodam viva voce oraculo Pauli V. 5. Augusti 1609. concessum fuerit Superioribus Regularibus, ut possint reservare peccata etiam Novitiorum, hoc tamen privilegium non viget, quia ab Urbano VIII. revocata fuerit omnia oracula viva voce.

QUERES I.

3438 **Q**uæ Prælati Regulares possint suis subditis adhibere ab excommunicatione contra abortum procurantes à Sixto V. inflicta; Insuper ab excommunicatione, & suspensione contra simoniacos pro motos ad Ordines, ab eodem Sixto fulminat?

Videtur, quod non, quia Sixtus V. ea reservavit Romano Pontifici, expresse comprehendendo in reservatione etiam Superiores Regulares in ordine ad subditos.

Respondeo posse, Rodr. in comp. ref. 3. n. 7. Port. v. Prælati n. 29. Pro quo si es curiosus, citas, quod Sixtus per Bullam 77. *Effrenatam*, 29. Octob. 1588. tulit excommunicationem latente sententia contra procurantes abortum factus, five animati, five inanimati, effectus secuto & contra cooperantes ad illum consilio, favore, potione, aut alio modo; quam censuram reservavit soli Romano Pontifici, comprehendendo etiam Superiores Regulares in ordine ad suos subditos, Greg. vero XIV. per Bullam 8. *Sedes Apostolicas*, 31. Martii 1591. moderavit rigorem Bullæ Sixti, & proinde abfuit certuram contra procurantes abortum factus inanimati, & eam reliquit contra procurantes abortum factus animati; concessit tamen Episcopis

Episcopis, ut possint in foro conscientie ab huiusmodi peccato & censura absolvere per Confessarios five Sæculares, five Regulares ad deputatos; at id non concessit Superioribus Regularibus, unde quoad hoc non fuit revalidatum privilegium à Sixto V. extinctum.

3439 Postea vero recentia privilegia fuerunt innovata, & in primum restituta à Clemente VIII. qui per Bullam 51. *Ratio Pastoralis Officii*, 20. Decemb. 1667.

Ex certa scientia confirmavit, & in primum statum restituit omnia privilegia trium Ordinum S. Francisci utriusque sexus, tam propria, quam per communicationem inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, per suos prædecessores Pontifices eis concessa; in *iii omnibus, in quibus decretis Concilii Tridentini non advertantur.* Confirmatio autem ex certa scientia [ait Rodr. in comp. ref. 3. n. 8.] revalidat invalidum, & revocatum, habetque vim innovationis, c. 1. de *transact. c. quoties, de pactis*. Ex quo concludit Rodr. cit. Superiores Regulares posse hodie suos subditos utriusque sexus de hoc peccato & censura absolvere etiam in foro externo, *Bord. tom. 3. ref. 13. n. 19.*

3440 Super irregularitate ex abortu factus animati dispensare non possunt; quia est homicidium voluntario inuito, adeoque est exceptuata à Sixto IV. *ut in num. 3380.*

3441 *Bord. autem cit. n. 14. Rodr. in com. ref. 52. n. 26. Port. & Pelliz. rr. 9. c. 3.* tenent posse Prælatos Regulares cum suis subditis pro utroque foro dispensare, etiam in tribus irregularitatibus à Sixto IV. exceptis, videlicet homicidii voluntarii inuito, bigamia, & mutilationis membrorum: idque in virtute Privilegii Pauli III. per Bullam 12. *Exponi nobis*, 12. Martii 1645. apud Bullarium Rodr. pag. 376. Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præbendis Ordinis S. Benedicti Vallisolei concessis, & per communicationem cæteris Prælati Regularibus, Generali, Provincialibus, & Guardianis, concessis, ut sequitur:

[Nos igitur, qui singulorum saltem paterno zelamus affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis quod stante immemorabili consuetudine huiusmodi, etiam de cæteris perpetuis futuris temporibus singulis annis primâ die Lunæ Quadragesimæ huiusmodi emoes, & singulas utriusque sexus personas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religiosas, ac eadem Ordini, & Congregationi oblatas, seu donatas, nec non Eremitas sub cura vestra existentes intra septuaginta vel octiduum, seu ipsorum pro tempore absolventorum Monasteriorum, seu aliorum

Re-

Regularium locorum, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, sententiis, censuris, & incurris pro tempore quomodolibet peccatis per eos pro tempore quomodolibet incurris, etiam in casibus dictæ fedi quomodolibet reservatis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cenæ Domini solita est legi, absolvere, & cum eis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore quavis occasione, vel causa contractis dispensare, prout hæcenus, ut præsertim, concessimus, dicta auctoritate valeatis, plenam, & liberam eadem auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem.)

Quod privilegium nullam irregularitatem excipit; nec ei opponitur (ait Pelliz. cit.) exceptio facta à Sixto: quia usus privilegii Sixti est pro toto anno; Pauli vero est limitatus ad unam foliam anni, & ideo est concessus amplior, eo sine, ut *maiori cum animi hilaritate, & serenitate Altissimi famulari possint*: hanc sententiam Probabilis, & tutam in praxi vocat Diana p. 4. rr. 2. ref. 63.

3442 Insuper Sixtus V. per Bullam 91. *Sanctum*, 9. Jan. 1588. tulit censuram suspensionis contra male promotos ad Ordines, & sic promoventes contra Decreta Conc. Trident. per saltum, sine titulo, furtive, ante aatem, &c. & ultra suspensionem, tulit excommunicationem contra simoniacos promotos, & promoventes ad Ordines etiam minores, aut ad tonsuram; quas censuras pariter reservavit Romano Pontifici, comprehendendo etiam superiores Regulares in ordine ad subditos.

3443 Quem rigorem moderavit Clemens VIII. per Bullam 40. *Romanum Pontificum* 28. Febr. 1595. quatenus Bullam Sixti, & ejus pœnas reduxit ad terminos Sacrorum Canonum, ad Decr. Trid. & ad Const. 3. Pii II. *Quæ de Sacrorum Ordinibus*, 17. Novemb. 1461. quæ statuitur, ut qui extra tempora, aut ante legitimam aatem, vel abque dimissis, ad aliquem ex sacris Ordinibus se sacri promovendi à suorum Ordinum executione ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante, in eis Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurran, & nulli rescivat. Decreta Trid. de hac materia sunt *sess. 7. de ref. cap. 10. sess. 21. de ref. cap. 1. & 2. sess. 23. de ref. ad cap. 3. ad 17.* ubi vide suspensiones, quæ reservantur.

3444 Licet autem Clemens VIII. censuras, & pœnas, quoad alios defectus sic moderaverit, suspensionem, & excommunicationem contra simoniacos ordinantes, & ordinatos à Sixto inflicta voluit in suo robore permanere.

Examen Ecclesiæ.

3445 Quia tamen idem Clemens VIII. post eam anno 1597. privilegia antiqua, ut jam dictum est in n. 3439. innovavit, sequitur, ut Prælati Regulares possint hodie suos subditos à dictis censuris absolvere, uti de abortu dictum est, & multo magis à simonia commissa in collatione officii, five beneficii, Rod. cit. & Port. *ver. Prælati possessas ad absolvendum.*

QUÆRES II.

3446 An Religiosi possint confiteri, & à reservationibus absolvi extra Ordinem?

Resp. posse. 1. in articulo, seu periculo probabili mortis, 2. In casu necessitatis, puta si reperirentur in terris infidelium, aut urgeret necessitas celebrandi, & Confessarius proprius non adesset.

3447 Itinerantes confiteri possunt Sacerdoti extra Ordinem de licentia sui superioris, quam licentiam in nostra Religione dare potest Guardianus ex concessione Capituli Generalis in stat. cap. 7. §. 1. n. 5. ubi generaliter dicitur: *Nisi aliquid Confessarium generale habuerint à superioribus facultatem*. Nominem autem Superioris, & Prælati venire Guardianum, certum est ex eisdem stat. n. 1. & ita servari in praxi, docet Melphi in stat. cap. 7. §. 1. n. 6. qui rite ponderat grave fore, si Religiosus, ubi Provincialis non est, licentiam hanc à Provinciali petere teneretur.

3448 Hac licentia sufficit si sit generalis, aut tacita, seu præsumpta; imò implicite continetur in ipsa licentia itinerandi. Melphi cit.

3449 Religiosus autem itinerans non potest eligere Sacerdotem simplicem, nisi ad id habeat speciale licentiam sui superioris, nec id habet quidem potest per suos subditos fructualem simplicem extraneum approbare. Vel nisi deficiat extraneus approbatus; quia tunc potest eligere simplicem ex præsumpta licentia sui superioris. His seclusis casibus, Sacerdos extraneus, si sit secularis, debet esse approbatus ab Ordinario loci; si Regularis, sufficit, si sit approbatus à proprio Prælato Religionis; quia Trid. in Decr. requirente approbationem Episcopi, non includit Religiosos, ut advertit Tamb. tom. 1. pag. 33. n. 17. & Port. *ver. Confessar. n. 14.*

3450 Nec potest ab extraneo absolvi à reservationibus, nisi habeat expresse licentiam à suo Provinciali pro illis; vel nisi habeat ab eo auctoritatem passivam, ut absolvat ab illis. In casu autem necessitatis pro reservatis differtur juxta regulas generales de num. 3354. ad 3371.

3451 Hinc Port. cit. infert, quòd si duo Fra-

Aa tres

tres Sacerdotes simplices itinerent, non possint ad invicem confiteri, nisi expressam ad id habuerint licentiam sui superioris, quam licentiam statuer eis ex episcopa dare posse Guardianum, si discedant e Conventu, ubi non est Provincialis.

3452 Port. *tit. n. 13.* refert Priv. Martini V. Patribus S. Hieron. ut existentes extra Conventum possint eligere Confessorem sacularem, vel Regularem, qui eos absolvat in omnibus casibus, & quibus absolvi possunt existentes in Monasterio. Non conceditur autem absolutio à reservatis Prælati Ordinis.

3453 In nostra Religione Confessio Religiosi Reformati facta cum Confessario Oblervante, sicut e converso, est valida, si Confessarius sit à Generali approbatus; quia Observantes, & Reformati formant unum corpus sub uno capite; unde diversas constituunt Provincias ejusdem Religionis.

3454 Invalida est, si Confessarius sit approbatus à suo solo Provinciali (nisi Religiosus Penitens sit hospes, aut itinerans) quia Religiosi unius Provincialis non sunt subditi alterius Provincialis; & quia jurisdicção non extenditur in non subditos, facultas delegata, quam habet Confessarius ab uno Provinciali, non extenditur in subditos alterius.

Eadem ratione Confessarius unius Provinciae, si ad aliam accedat, non potest ibi confessiones excipere, sed illius Provincialis approbatione indiget.

3455 Valida autem est, si Provincialis Reformatus pro suis Confessariis Oblervantem approbet, & e converso; Provincialis enim potest (spectato jure communi) Sacerdoti externo, tam Religioso, quam saculari, concedere, ut sui Religiosi Confessiones excipiat, quia respectu suorum subditorum habet jurisdictionem quasi Episcopalem, Sicut à Sac. Pen. n. 773, & Melphi in *Com. cap. 7. statut. 1. quig. 10.* in fine subditi:

3456 (Excipio casum fortuitum, cuiusmodi est, si quis ex familia S. Francisci, vel S. Petri in Monte aureo, ob negotia ad Araceliannum Conventum accederet, & ibi celebrare vellet, vel quid simile; tunc dico, licite, & valide confiteri. Hoc enim in praxi videmus fieri ex utraque parte. Lege Candidum 2. *part. disp. 24. ar. 57. dub. 3.* qui docet, posse ex privilegio hospitis etiam alterius Provinciae confiteri; & absolvi reservatis, si Confessarii talem facultatem habeant.)

DE POTESTATE CONFESSARIORUM REGULARIUM QUOAD SACR. LARES, ET EXTEROS.

3457 **C**ertum est in jure communi, cui accedit consuetudo, non dari casus reservatos Episcopis; sed illos solos eis reservari, quos ipsi in propriis respective dicecesibus sibi reservant. Vidal. *pag. 52. cum Com. Hoc præmissis.*

3458 Dico eos absolvere posse in foro interno conscientie ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papæ, exceptis contentis in Bulla Coenæ, & intra Italiam, extra Urbem exceptis aliis sex, de quibus infra n. 3473. insuper exceptis casibus reservatis Episcopo in suis respective dicecesibus, Peyr. *tom. 1. de subdito, in appendice q. 4. cap. 10. pag. 174. Item in tom. Priv. in cons. 6. Julii II. & in consuet. 6. Pii V. Donatus tom. 1. *part. 2. tit. 4. q. 33. Rodr. in Comp. re. 3. à n. 36. Port. ver. Confess. n. 22. Vidal. pag. 64. Joan. la Cruz de Priv. l. 2. c. 7. dub. 1. & Com. v. n. 3492.**

3459 Constat ex privilegio Societatis, in quo quidem communicant omnes Regulares, concessio à Paulo III. per Bullam 7. *Com inter censuras.* 3. Junii 1545. apud Bullar. Rodr. pag. 370. his verbis:

(Nec non illis ex Vobis, qui presbyteri fuerint, quorumcumque utriusqueexus Christi fidelium ad vos undecumque accidentium Confessiones audiendi, & Confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum pinguis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & penis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Coenæ Domini solita est legi) absolventi, ac pro eis commissis poenitentiam salutarem injungendi: nec non vota quæcumque per eos pro tempore emissa (ultramarinis visitationis limum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, nec non Religiosum, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis operata commutandi &c. plenam, & liberam facultatem, auctoritate Apostolica benelicentiam concedimus.)

Non obstantibus quibusvis constitutionibus &c., & litteris Apostolicis etiam per Sixtum IV. in Capitulo: *Et si Dominice*, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & sedem prædictam, etiam consistorialiter editis, &c. quibus, &c. expressè derogamus:) v. n. 3397.

Præ-

3460 Præmissæ particulæ: *auditis eorum confessionibus:* intelligendæ sunt secundum juris dispositionibus, videlicet ut absolutio à peccatis fiat in Sacramentali Confessione, à censuris verò fieri possit extra illam. Rodr. modo citandus.

3461 Et quia in præmissis Privilegio nulla fit limitatio, Rodr. in *Comp. ref. 3. n. 36.* concludit, posse Regulares absolvere Saculares & externos utriusque sexus ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis, occultis, aut publicis, nec non à quibusvis censuris, tam à jure, quam ab homine, etiam specialiter, & nominatim latis, dummodo partis satisfactio fiat, aut detur sufficientis cautio de satisfaciendo; ut à n. 3364. & pro utroque foro, quod firmat ex quadam Decl. Pii V. de anno 1568.

3462 Hec autem doctrina Rodr. quantum ad excommunicatos nominatim, & quantum ad utrumque forum, non subsistit.

Et quidem nominatim ab Episcopo excommunicatos non posse absolvi, constat, quia regulariter hujusmodi excommunicationes Episcopi sibi ipsis reservant, ut videri potest in formulis; & à reservatis Episcopis Regulares non valent absolvere ex tot Bullis Pontificiis, & Decretis relatis 3407. & 3413. maxime ex Bulla Clem. X. *Superna n. 3295. §. 6.* Hinc damnata fuit ab Alex. VII. propositio affirmativa: *ut in prop. 12. pag. 27.*

3463 Quia regula illa, *majori concessio, intelligitur quæque concessio, quod minus est;* non habet locum, quando minus est separabile à majori, in majori non continetur, & insuper prohibetur.

3464 Præterea adest Bulla 115. Clem. VIII. *Quæcumque* 7. Decemb. 1604. quæ in §. 9. loquendo de Confessariis Regularibus erga saculares habet:

(Ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Urbe Vicario, & locorum Ordinariis respective reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare, prætextu dictorum privilegiorum nullo modo possint) *Famb. tom. 2. de casibus reser. cap. 11. §. 2.* ait quòd, si rationabilis sit causa, puta si Episcopus nimis distet, aut licentiam neget, tunc nominatim excommunicatus possit pro foro interno absolvi, si fit dispositus, & per ipsum non stet, ut pro foro externo à suo Prælato absolvat: ita ille.

3465 Item fallum est, quod absolutio à censuris possit à Regularibus dari etiam pro

foro fori. Ex ipsis namque verbis Privilegii Pauli III. *Confessionibus auditis: & poenitentiam salutarem injungenti:* satis constat, potestatem amplam absolventi esse datam, solum pro foro interno conscientie, & nolle Pontificem hujusmodi delinquentes à judicio externo, & poena juridica liberare.

3461 Qui accedit praxis, & observantia. 3466 Nec juvat declaratio Pii V. qua Rodr. id probat; quia puto eam comprehendi in revocatione facta à Gregor. XIII. *In tanta*, ut liquet ex dictis à n. 3401. ad 3404. & sit, quia absolutio pro foro externo, quoad alienos subditos, præjudicat potestati Ordinarii proprii, & Judicis, ad quem spectat causæ cognitio; non sic absolutio solum pro foro interno conscientie; hæc namque (ut advertit Donatus) non ligat manum Judicis; non enim impedit processum, nec retardat admodum justitiam, nec tollit jus tertii; quia quoad forum judiciale non censetur absolutus, ut dictum est n. 3315. hinc absolutus in foro conscientie, est absolutus coram Deo, non coram Ecclesia.

3467 Id solum verum est, quod docet Diana *part. 1. tit. 11. quæst. 26. cum multis, quod Judex contra ita absolutum per Bullam (supple in, vel per privilegia) non teneat procedere, unde si volit esse benignus, potest accipere hanc absolutionem etiam pro foro exteriori, & repellere accusationem fiscalis accusantis illum, vel in ferenda sententia temperare rigorem, & poenam.*

3468 Corroboratur mea assertio ex aliis amplissimis Privilegiis Jubilæi, & Bullæ Cruciatæ, in quibus quidem datur ampla facultas absolventi ab omnibus casibus, & censuris à jure, vel ab homine, occultis, aut publicis, Sedi Apostolicæ, aut Episcopis reservatis, in folio tamen foro conscientie, ut maxime liquet in amplissimo Jubilæo contra Turcas edito à Clem. X. §. 9. 1672. *Intra gravissimas;* & Decl. Urb. VIII. relata pro Bulla Cruciatæ in n. 3406.

3469 Denique omne tollit dubium Clem. X. per Bullam, *Superna* §. 6. quam refero in n. 3295. Omnino vide ibi, ubi nostra assertio præcipitur, & irritum declarat optoppositum.

3470 Pro foro igitur interno conscientie, & exclusis excommunicationibus ab homine latis, firma & valida sunt nostra Privilegia quoad saculares, & externos; atque in suo robore remanet Privilegium Pauli Tertii quod nunquam fuisse revocatum, imò fuisse confirmatum, constabit perlegenti Bullas, & Decreta, tam revocativa, quam

confirmativa Privilegiorum, à n. 3400. ad n. 3422.

Imò semper fuisse in usu, ut trahunt Doctores cit. & Peyr. in *conf.* 6. Joli II. n. 21.

3471 Non obstat Decretum S. C. Episc. & Regul. jussu Clem. VIII. editum 9. Januar. 1601. quod præcipit cuiuslibet Confessario facultari aut Regulari extra Urbem intra Italiam degenti, ut nullus sub prætextu privilegiorum audeat abolvere à casibus in Bulla Cœne contentis: *vel aliis quomodocumque sedi Apostolica reservatis.*

Non obstat, inquam, quia prædictum Decr. ob dubia, & difficultates à Regularibus inde exposita, fuit anno sequenti 26. Novembris 1602. moderatum per aliud Decr. ejusdem S. Congr. jussu ejusdem Clem. VIII. editum, ut sequitur: apud Peyr. *rom. i. cit. pag. 175.* Donatum *rom. i. r. 1. 1. 1. 17.*

3472 (Cum autem dubia quædam, ac difficultates, circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem, emerissent, eadem S. Congr. ne ullus deinceps obcurtatur, scrupulo, ambiguitate locus relinquatur, & ut clarior appareat, in quibus casibus vigore ejusdem decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem S. D. N. Clementis Pape VIII. similiter vivæ vocis oraculo, super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatum, & declaratum, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantum in postera comprehendendos, quæ in Bulla dic. Cœne Domini legi consuetæ continentur.

3473 Ac præterea. 1. Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Bullæ Greg. XIV. 2. Violationis clausuræ Monialium ad malum finem, 3. Provocantium, & pugnantium in duello, 4. juxta Decr. Conc. Trid. & Concil. Greg. XIII. incip. *Ad tollendum*, 4. Injunctum violentas manus in Clericos, juxta Canonem: *Si quis invidente diabolo 17. g. 4.* ac juris dispositionem, 5. Simoniaci realiter scienter contractæ, 6. Atque etiam confidentiæ beneficentiam. Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservaverunt, vel in postera conservant.

In quibus omnibus jam enumeratis casibus demaxat, & sublata etiam poena inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem S. Congr. vult, & mandat, dictum Decretum in sua integritate, & pristino robore permanere.

Ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes, tam faculares, quam Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indulciis, & facultatibus in prædicto Decreto expressis, iustitiam fuerint, posse juxta eorum privilegia, indul-

tiæ, & facultates, usque ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absolvere à casibus in presenti declaratione non comprehensis, &c.)

3474 Ex quo Decreto firmiter concluditur, Privilegium Pauli III. remanere in suo robore, in quo quidem erat ante recentissimum Decretum de anno 1601. quoad omnes casus Pape reservatis, exceptis contentis in Bulla Cœne, reservatis Episcopis, & aliis demaxat sex relictis. Constat tam ex exceptione in Decreto facta, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium, quam ex positiva confirmatione potestatis quoad alios casus.

3475 Hoc tamen discrimen est omnino observandum, ut à 20. casibus reservatis in Bulla Cœne Regulares absolvere non possint nec intra, nec extra Italiam; quia reservatio Bullæ Cœne est facta pro toto Orbe Christiano. Idem dic de casibus reservatis Episcopis, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *relata n. 3405.* lata pro toto Orbe Christiano ex Decr. Urb. VIII. 17. Nov. 1628. *relato n. 3414. & in prop. 12.* damnata ab Alexand. VII. A reliquis vero sex casibus à Clem. VIII. reservatis, relictis in n. 3473. non posse intra Italiam, & extra Urbem, posse vero in Urbe, & extra Italiam, ut declarat ipsum Decretum Clem. Item in suburbis Urbis; *Bord. rom. 2. ref. 6. n. 12.* quia in favorabilibus terminis sunt ampliandi; unde nomine Civitatis vehunt suburbia.

3476 Idem docent *Bord. cit. n. 13.* & *Diana 7. 3. r. 2. ref. 13.* in Insulis Siciliæ, Sardinia; & Corsicæ; quia Geographi, & Historiographi has Insulas non connumerant cum partibus Italia; & Pontifex, quando edit Constitutionem pro Italia, & vult Insulas comprehendere, eas exprimit similibus verbis: *etiam quoad insulas confinantes;* quod non facit Decr. Clementis. Oppositum tenet *Merrillus* apud illos, dicens, in relictis insulis Decretum Clementis praticari, *vid. rom. 2. n. 292.*

3477 Ex dictis colliges, Confessarios Regulares absolvere posse à casibus S. Officii, si satisfacta parte, modo dicto in *rom. 2. num. 641. ad 644.* nisi continent hæresim formalem externam, nec continentur in Bulla Cœne, nec sint intra Italiam, de aliis sex nec Episcopis sint reservati. Mendo in *Epist. v. Regularis n. 28.*

3478 Demùm Pelliz, de *Monialib. cap. 9. n. 19* docet Confessarios Regulares etiam intra Italiam posse absolvere Moniales non sub-

subditas à quinque casibus à Clem. VIII. reservatis, quantum prohibito absolutio est facta solum respectu poenitentium secularium, minime Regularium. At hoc non probat, quia prohibito est facta respectu poenitentium exterorum absolutio, ut patet ex verbis Decr. de anno 1601. *rom. 3471.*

Vide *rom. 2. n. 291.*

3479 Obiter hic refero privilegium Pauli III. per Bullam 48. *Licet debitum* 18. Octobris 1540. concessum Generali Societati Jesu, & per communicationem Generalibus aliorum Ordinum, ut sequitur:

§. 33. Et ut cum aliquo ex Fratribus, seu Sociis Societatis hujusmodi in Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & Provincias alias remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miserit; possit eis auctoritate nostra facultatem concedere, ut Christianos ibidem commorantes, Confessione peccatorum suorum audita, & poenitentia salutaris injuncta, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & lingulis eorum peccatis, etiam in Bulla Cœne Domini reservatis, & consequentibus censuris, & poenis absolvere.]

§. 34. Et cum his, qui ab infidelitate convertuntur tantum, & in locis remotissimis, qui prius in gradibus non licitis, tamen lege divina non prohibitis, matrimonium contraxerant, ut in eisdem manere possint, dispensare.

§. 35. Ac in locis prædictis remotissimis, quæcumque Ecclesiæ, Hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, sine alicujus præjudicio, & vestes Sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, Catholicus ibi non adfit) benedicere, ac profanas Ecclesiæ reconciliare possint. Et quæcumque statuta, & ordinationes, desuper necessaria facere, illaque, postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrabere.

§. 36. Ac Praeposito Provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim dum alius per Generalem Praepositum mittitur, loco Praepositi, si decedens, alium eligere libere, & licite valeat.

§. 37. Et quia in numerosis populis illarum Regionum, tanta est Sacerdotum raritas, ut unus plerumque eorum populorum suscipere debeat, ut bis eodem die Missam celebrare diversis in locis valeat.

3480 Ubi nota, Privilegium absolutiois de §. 23. non revocari per Bullam 115. Clement. VIII. *Quæcumque* 7. Decemb. 1604. *relatam n. 3464.* quia Bulla Clem. expresse loquitur de

Examen Ecclesiastic.

locis fidelium, & Orbis Christiani, ubi sunt Episcopi Catholici.

3481 S. militet Innoc. IV. apud Bullar. Rodr. Bulla 20. concessit Sacerdotibus Ordinis Minorum, ut in terris infidelium Christianorum ibi commorantium Confessiones audire, & à peccatis, atque censuris absolvere possint.

DE POTESTATE IN CENSURAM RESERVATAM OR VOLTATIONEM CLAUSURÆ.

3482 **C**lausura violatur per ingressum mulierum, aut virorum in Monasteria Monialium, vel mulierum in Monasteria virorum, & per egressum Monialium à suis Monasteriis.

QUOAD INGRESSUM

3483 **T**Res sunt censurae, videlicet excommunicationes latae sententiae in iure fulminatae.

Prima est Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. & Monialibus cap. 5.* contra viros, & mulieres cujusvis conditionis, sine Superioris licentia in scriptis ingredientiæ Monasteria Monialium.

3484 Secunda est Greg. XIII. per Bullam 28. *Ubi quæritur* 24. Junii 1575.

3485 Tertia est lata à Clem. VIII. per Decretum de anno 1602. *relatum num. 3472.* contra violentas clausuram Monialium ad malum finem. Et de hac non debet esse sermo; quia cum sit reservata Rom. Pontifici extra Urbem, & intra Italiam, cum exclusione privilegiorum, certum est, Confessarios Regulares extra Urbem, & intra Italiam, non posse ab ea secularibus absolvere.

Pelliz. de *Monialibus cap. 5. n. 20.* docet, hanc censuram, & reservationem Clem. VIII. non officere Moniales, sed solum ipsos ingredientiæ ad malum finem; quia in ea Monialis se habet passivè, & ponitur ut terminus, minime ut subiectum.

3486 Prima igitur censura Tridentini incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, nec prætextu licentiarum; sed nulli est reservata: unde potest absolvi à quolibet simpliciter Confessario, qui tamen reperitur ad Monialium Confessiones accipiendas deputatus; quod semper in hac re est supponendum ex Bulla Clem. X. n. 3292.

3487 Secunda censura Greg. XIII. incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, ab omnibus mulieribus cujusvis conditionis, & ætatis, usum rationis habentibus, ingredientibus Monasteria virorum, & ab omnibus viris, & mulieribus cujusvis conditionis, ingredientibus Monasteria Monialium.

A a 3 Item

Item Superioribus utriusque sexus, & pariter à custodibus claustræ, ut sunt portinarii, & rotaræ admittentes, aut permittentes ingressum sub prætextu licentiarum Sedis Apostolicæ, Legatorum, aut aliorum Prælatorum.

Item à singulis Religiosis, & Monialibus tam superioribus, quam privatis, qui illos præsumunt admittere sub prætextu licentiarum ipsorum Ordinariorum.

3488 Hinc Superiores, & custodes claustræ incurrunt, siue positive, siue negative concurrant, nimirum tam admittendo, quam permittendo, & non impediendo, cum possent. Personæ vero privatis incurrunt, solum si positive concurrunt admittendo, nisi veniant nomine *Consensus*; tunc autem veniunt nomine *Consensus*, quando omnes congregati in unum cum Superiore consentiunt in ingressum: & tunc incurrunt, etiam si negative concurrant permittendo ingressum.

3489 Tali autem censura in vim Bullæ Greg. non incurrunt ab ingreditibus, admittentibus, aut permittentibus, nisi ingressum tam virorum, & mulierum in Monasteria Monialium, quam mulierum in Monasteria virorum, fiat sub prætextu licentiarum; & est reservata Romano Pontifici.

3490 Insuper adest etiam excommunicatio reservata Romano Pontifici lata à Pio V. per Bullam 20. Octob. 1566. quæ incipit *Regularem personarum*, contra mulieres ingredi audentes Monasteria virorum sub prætextu licentiarum.

3491 Deinde Pius V. per aliam Bullam de claratoriam præcedentis, die 16. Julii 1570. quæ incipit *Decretum Romanum Pontificem*, declarat in prælata Bulla fuisse suæ intentionis comprehendere mulieres ingredientes Monasteria virorum etiam sine prætextu licentiarum.

3492 Ex quibus Bullis Greg. & Pii plura resoluntur. Primo. Excommunicatio est reservata Romano Pontifici. Unde si est occultæ, potest absolvi ab Episcopo virtute Decret. Conc. Trid. sess. 24. de *reform. cap. 6.* minime si est publica: ut in *nu. 3314.* Post tamen absolvi à Confessariis regularibus, etiam si sit publica, aut deducta ad forum contentiosum, in foro tantum interno consentiunt, docet Donatus cum multis *rom. 1. p. 2. tr. 4. qu. 23. & 24. Peyr. in conf. 6. Pii V. p. 202. qu. 1. item Conf. 6. Julii II. & 10. 1. de subdito, quia dictæ Bullæ in reservatione non comprehendunt Privilegia Regularium. Et hic casus ingressus mulierum in Monasteria virorum, & virorum, ac mulierum in Monasteria Monialium, non com-*

prehenditur in casibus 20. Bullæ Ganz, nec in lex Clem. VIII. in Decreto de anno 1602. quod Decretum est attendendum, quia est moderatum dispositionem præcedentium in oppositum prætextu in *nu. 3471. & 3472. Vide à nu. 3459. ad 3465.*

3492 Imo idem docet Donatus *cit. qu. 24.* de ingressu mulierum in Monasteria virorum ad malum finem, videlicet ad expiendam libidinem; ob eandem rationem, quia solus casus violationis claustræ Monialium ad malum finem comprehenditur in sex casibus Clem. VIII.

3494 Secundo. Pœnam inhabilitatis, & privationis Officiorum, fulminat à Gregor. XIII. in §. 3. & à Pio V. una cum suspensione à Divinis in §. 4. non esse reservatam, ait Rod. *tom. 4. quæst. 24. art. 17.* nam, ut constat legenti: reservatio est facta solum pro excommunicatione; unde concludi potest ab ea abolvere pro utraque foro, quoad suos subditos, Episcopos, & Prælatos Regulares. Ita Rod.

3495 Tertio, si sit sermo de ingressu mulierum intra Monasteria virorum, prædictæ omnes pœnæ incurrunt, etiam si ingressus fiat sine prætextu licentiarum, ut constat ex Bulla declaratoria Pii V. *Decretum Romanum Pontificem*, in *nu. 3444.*

3496 Si autem sit sermo de ingressu virorum, aut mulierum intra Monasteria Monialium, non incurrunt pœnæ, nisi ingressus fiat sub prætextu licentiarum, Pelliz. de *Monialibus c. 5. n. 92.* cum multis, quia iure expresse apponunt prætextu licentiarum, ut constat legenti Bullam Greg. XIII. *Ubi gratia*, de *nu. 3483.* quæ de tali ingressu disponit.

Et declaratio Pii V. quod pœnæ incurrant, etiam si ingressus fiat sine licentiarum prætextu, solum & expresse loquuntur de ingressu mulierum in Monasteria virorum. Hic faciunt rationes aliz legales de *2. non. à n. 422. ad 425.*

3497 Nec id sit tibi, cum Donato *to. 3. tr. 5. q. 2. nu. 10. mirum*; nam iura in tantum apponunt prætextum licentiarum, quia prætextus licentiarum erat causa molestiæ, & scandali; nam sub hoc prætextu mulieres pretendebant ingredi Monasteria virorum impudice, & sic majori cum facilitate, & audacia, non sic quæ sine licentiâ; & vulgo dicitur, quod sit magis molestus, & timendus inimicus occultus, quam publicus.

3498 Cæterum Illucius cum aliis apud Pelliz. *cit. Donatus tom. 3. tr. 5. qu. 2.* tenent dictas pœnâs incurri, etiam si ingressus fiat sine licentiarum prætextu: pro quo adducit stylum

Cu.

Curiz. Stylus autem Curiz facit legem, quando lex est obscura; minime, quando est clara, ut in casu. Unde stando in iure requiritur licentiarum prætextus.

3499 Idem confirmavit Paulus V. per Bullam 52. incipit *Facultatem*. 1. Sept. 1608. & per Bullam 74. *Monialium statui*, 10. Julii 1612. per quas Bullas, quoad ingressum mulierum in Monasteria Monialium, Paulus V. omnino confirmavit Bullam Greg. XIII. *Ubi gratia*, relationem *nu. 3484.* & apponit licentiarum prætextum, ac proinde de hac Bulla Pauli V. est eodem modo discurrendum.

3500 Idem denique confirmavit Urbanus VIII. per Bullam 30. 27. Octob. 1624. ut sequitur:

(Sacrosanctum &c.

§. 1. Cum itaque plures licentiæ Monasteria Monialium ingrediendi diversis mulieribus secularibus, &c. à Nobis, & diversis Romanis Pontificibus, &c. concessæ fuerint, &c.

§. 2. Nos omnem dubitandi materiam, quæ super modo consensum huiusmodi præstandi forsan oriri posset, & medio tollere volentes, &c. declaramus, consensum dictarum Monialium de cætero per easdem Moniales capitulariter, & per decreta. suffragia præstandum esse, & præstari debere; alias licentiæ huiusmodi nullatenus suffragentur.

§. 3. Et quæ Sanctimonialium Monasteria vigore licentiarum prædictarum absque consensu capitulariter, ut præfertur, præstito, ingredi præsumptis, sententias, censuras, & pœnas contra claustras Monasteriorum Monialium violantes inflicta se noverint incursumas.

Quid clarius?

3501 De ingressu Confessarii dictum est à *nu. 1453. v. n. 1419.* A Regularibus attendenda est Bulla Alex. VII. 19. Octob. 1664. quæ disponit super ingressu superiorum, & Confessariorum, atque super commemoratione Confessariorum prope Monasteria. Bulla est, ut sequitur:

3502 (Felici Sacrarum Virginum statui, &c. Præsentibus perpetuo valituris sancimus, ut in posterum intra fines Italiz, & Insularum adiacentium, Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscunque aliis superioribus Regularibus, & quibuslibet aliis cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorundem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa visitationis localis; & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis superioribus visita-

vent, alius superior à visitatione huiusmodi se omnino abtineat. Quod si ob claustram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis Tridensis, curæ & vigilantiz Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem ac necessariam causam oportuerit superiori Regulari eodem anno pluries ingredi septa Monasteria; tunc non aliter ingreditur, quam cum presentia Episcopi Diocæsani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ secularis boni exempli, ac mature ætatis, ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputate. Visiter autem superior Regularis interiore claustrum per seipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitime impeditus; quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum; & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat; nec ante ortum Solis esse incipiat, nec post occiduum protrahat, neque ipse Visitator, neque ejus socii ullam sumant in Monasterio recessione. Porro si visiter Generalis, possit semel habere duos Socios sui Ordinis; si alius à Generali, unum tantum, exclusis omnibus aliis etiam ratione Officii. Qui quidem Socii assumantur exemplares, & mature ætatis, & in actu visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed cum alpicere, & ab ipso aspicere semper possint. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex superioribus Monasterii, quæ, similiter visitatione durante, nunquam separentur à Visitatore, & Sociis. Reliquæ vero Moniales, & quæcumque aliæ mulieres, & puellæ seculares in Monasterio degentes, nisi legitime detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro antequam Visitator ingrediatur interiore claustrum, & in eo permoneant durante visitatione, & quousque hunc Visitator cum Sociis à Monasterio exierit. Ideoque curret Visitator, ut tempetive admonetur Abbatissa, seu Monasterii Præfata, de præfata die, & hora visitationis: Visitatio vero personalis fiat ad crates, & omnino extra claustrum Monasterii, & per ipsam super claustrum domtaxat ut supra dictum est de visitatione interioris claustrum. Ad hæc Consolet Sanctimonialium tam ordinarius, quam extraordinarius minime ingrediatur septa Monasteria, nisi ad Sacramenti Penitentiz, Eucharistiz, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis, ibi degentibus, nec non ad commendandam animam Agonizantium; nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probate vite, & mature ætatis, semperque maneat in eâ parte Monasterii, qua

Confessorem videre, & ab eo ipso videri semper possit. Insuper districte precipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione presentis Constitutionis computandorum, revertent ad claustra Confessores, eorumque Socios, Concionatores, & alios quoscunque Regulares, apud Monasteria Sanctimonialium, vel assidue, vel ad tempus quocunque titulo pernoscere solitos: Neve permittant eisdem, seu aliis Regularibus, intra, seu prope septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari; quin etiam infra eundem terminum quascunque Cellas, Mansiones, seu Cubicula prope Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si claustra Monasteriorum earundem Monialium contigua sint, eisdem claustra includi, vel dirui omnino faciant: si vero sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti, nec in posterum alia familia aptari, ædificari, aut empermittant. Quod si infra dictum terminum superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneantur Ordinarius loci, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, illa adimplere, & omnino exequi, etiam invocato, si opus fuerit, brachii secularis auxilio. Veruntamen si Monasterium Regularium virorum, quibus Moniales sunt subiectæ, sit intra dicta mœnia, vel de converso habeantur, vel conducantur, si commode fieri possit, mansiones ad usum Confessorum, quæ non sint conjunctæ, seu contiguae ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus disjunctæ, non solum per parietes, sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intra mœnia, & unum ab altero, Episcopi iudicio, mœnium distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut supra, distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium in distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda, ita tamen, ut in mansionibus Confessorum, sive intra, sive extra mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio, alii Regulares, etiam si Superiores sint, minime pernoscant. Si quis vero prædictorum Regularium aliquid contra presentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto ponam excommunicationis & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetue inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, abque alia declaratione incurrat. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tuetur se possit, quin minus ab Episcopo loci, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando

opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.)

3503 In meo Ordine Minorum de Observantia extat statutum Cap. Gen. de anno 1664. (Quod in comitatu Superiorum, quacunquede causa ingredientur, semper sit Vicarius, seu Confessarius Monialium, sub penis in eisdem statutis contentis.) Unde in ingressu Provincialis focus debet esse Confessarius Monasterii, debet enim esse unus.

QUOAD EGRESSUM

3504 **D** At regulam, & prohibitionem Bonitacius VIII. in c. unico de statu Regularium in 6. apud Donatum tom. 3. tr. 3. q. 2. n. 18. & tr. 4. q. 15.

3505 (Periculoso, & detestabili quarundam Monialium statui, quæ honestatis laxitatis habentis, & Monachali modestia, fœsusque verecundia impudenter abjectis, extra sua Monasteria nonnunquam per habitacula secularium personarum discurrunt, &c. presentis constitutione, &c. Sancimus, universas, & singulas Moniales præfatas, etque futuras, &c. sub perpetua in suis Monasteriis dehere de cetero permanere clausura, ita quod nulli earum, &c. valeat quacunquero ratione, vel causa, nisi forte tanto, & tali morbo evidenter eorum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo, seu scandalo commorari, Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas.)

3506 Insuper concedit textus, quod si Abbatisia seu Priorata teneatur præstare homagium, vel fidelitatis juramentum ob aliquod feudum, quod Monasterium habet ab aliquo Principe, seu Domino temporali; tunc, si non valet illud præstare per procuratorem, possit exire de Monasterio cum honesta, & decenti societate, & homagium, seu juramentum fidelitatis Principi præstare, & eo præstito teneatur ad Monasterium de vestigio reverti.

3507 Eandem Const. Bonifacii VIII. de Periculoso, expresse approbavit Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus cap. 5. & confirmavit Pius V. per Bullam 8. Octob. Pastoralis 29. Maji 1566.

3508 Insuper idem Pius V. 8. Febr. 1570. per aliam Bullam, priorem declaravit, ut sequitur.

Decoris, & honestati omnium Sanctimonialium, &c.

§. 1. Sane periculo, & scandalo plenas esse, &c. Sanctimonialia, aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non Monasteria, & alias filiationes nuncupatas etiam eis subiectas visitandi, aut infirmitatis cau-

causa, aliove pretextu à Monasteriis exire, & per secularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitie decus in discrimen committunt.

§. 2. Unde nos malo huic, &c. salubriter occurrere volentes, inhaerentes etiam decreto S. Conc. Trid. &c. ac aliis nostris litteris, &c. volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Prioritarum, aliarumque Monialium, &c. etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliove occasione, & pretextu, nisi ex causa magis incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemice, quæ tamen infirmitatis, præter alios Ordinum superiores, quibus cura Monasteriorum incumbere, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcopo, & Ordinario iurisdicte exempta esse reputantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus, stare licere.

Aliter autem, quam ut præfertur, egredientes, seu licentiam exundi quomodocunque concedentes, necnon constantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris læsæ sententia vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant.

Et insuper tam egressas, quam præfatas, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, administrationibus per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia impossibilia obtinenda inhabiles, &c.

3509 Nominè epidemice venit pestis, Pelliz. cap. 5. num. 32. v. à n. 1515. per receptatrices, & comitantes intelliguntur persone illæ, quæ suo comitatu, aut receptione cooperantur egressu Monialium, aut sunt causa, ne redeant ad Monasterium: minime illæ, quæ urbanitatis, amicitie, aut consanguinitatis præfate causa Moniale illicite egressum recipiunt, aut comitantur. Pelliz. de Monialibus 4. n. 96.

3510 Pius ergo V. apponit excommunicationem reservatam Romano Pontifici, & penam inhabilitatis, & privationis officiorum non reservatam; unde de hac discurit, ut in n. 3494.

Quantum ad excommunicationem, 3511 Dico, ab ea absolvere posse Episcopum, si sit occulta, ut in n. 3492.

DIFFICULTAS EST SI SIT PUBLICA.

In qua re Pelliz. de Monialibus. cap. 5. n. 28. & cap. 9. n. 26. affirmat; quia Moniales sunt perpetuo impeditæ, & si pro absolutione deberent adre Papam, cogentur ad impossibile, cum teneantur ad perpetuum clausuram: at impossibile non est obligatio.

3512 Resp. Non esse Episcopum ab hac excommunicatione, si sit publica, absolvere, & Donatus tom. 3. tr. 4. q. 8. Ratio, quæ me movet est, quia Pius V. quando hanc sententiam contra Moniales fulminavit, & eam soli Romano Pontifici reservavit, omnem alium pro absolutione excludendo, jam sciebat, Moniales esse impeditas perpetua clausura, ad quam ex iuribus antiquioribus tenebantur; si igitur, hoc non obstante, tali rigore servationis contra Moniales usus est, argumentum evidens est (nisi dicere velimus, Pium V. voluisse edere legem deridendam) quod Summus Pontifex velit, occurrente casu egressis, Moniales pro absolutione adire Romanum Pontificem, non quidem personaliter, quod est impossibile, & præter intentum Summi Pastoris, sed per litteras, nuncium, aut procuratorem: quod omnino vult, quia vult in tali casu esse consultum, requiritum, & certioratum, ut possit ipsa cum absolutione, & medicina, debita penam, & correctionem ab hujusmodi excessu Moniales coercere.

3513 Ratio autem perpetui impedimenti faveri Monialibus, ut possint ab Episcopo absolvi, juxta dicta supradicta, solum in aliis casibus, in quibus ab oblitio reservatur generaliter pro omnibus fidelibus, inter quos tantum per meliorem tanquam species in genere veniunt Moniales; minime in casibus, in quibus censura reservata specialiter & expresse est lata contra Moniales, qualis est censura à Pio V. lata contra Moniales egredientes, & alia Greg. XIII. lata contra Moniales admittentes aut permittentes ingressum virorum, ut mulierum intra earum Monasteria, ut in n. 2484. & in n. 2487. in Bulla Greg. §. 3. & 4. Idque ob præfatum rationem, alias Pontifex edidisset legem, & reservationem deridendam, quod non est excogitandum.

Hinc Fagnanus in lib. 1. Decr. cap. Quoniam 13. de constit. n. 30. ait, ex Bulla Pii V. ademptam esse facultatem Episcopis competentem in vim dicti cap. 6. absolvendi Mo-

niales secreto delinquentes in materia clau-
suræ.

3514 Item ob eandem rationem dico de
excommunicatione Romano Pontifici reserva-
ta, lata à Greg. XIII. & Pio V. specialiter
& expresse contra multos ingredientes Mona-
steria virorum, ut Monialium, iuxta fu-
perius dicta. Hæc quidem licet in Jure Canonico
super relato censentur impedite, hoc eas
jurat in casu legis reservantis lata contra om-
nes, inter quos mulieres solum tanquam species
in genere continentur; minime in casu legis
specialiter & expresse contra mulieres lata,
adeoque tenentur adire Romam per litteras,
aut nunciū.

3515 Cui non obstat dictum, quod perso-
naliter impeditur adire Pontificem pro absolu-
tione non tenentur adire per litteras, aut
nunciū; quia hoc est verum regulariter, mi-
nime in casibus extraordinariis, in quibus vel
Pontifex expresse se declarat, vel evidenter
ex ejus lege colligitur, quod velit, ut hujus-
modi impediti recurrant ad ipsum pro absolu-
tione; hujusmodi sunt casus, in quibus expresse
& specialiter Pontifex fulminat excommuni-
cationem sibi reservatam contra mulieres, &
Moniales. Tuæ igitur mulieres, & Monia-
les adire debent Pontificem pro absolute
modo quo possunt, non quidem personaliter,
sed per litteras, aut nunciū.

Verum tamen est, posse eas Regulares pro
Monialibus approbato absolvere, etiam in ca-
sibus publicis, in foro tamen conscientie, jux-
ta dicta in n. 3492.

3516 Corroborantur dicta, quia Jus Ca-
nonicum, cap. 6. Mulieres, & cap. 32. de Mo-
nialibus in lib. 5. tit. 39. de sentent. excommuni-
cationis, loquitur expresse de censura ob percussione
Clerici, aut Monialium: in hoc, inquam
casu, concedit, quod possint ab Episcopo ab-
solvī, & solum Doctores ex paritate ratio-
nis, quatenus pro omni casu sunt impediti,
illud extendunt ad reliquos casus. Ample-
ctor autem hujusmodi extensionem, sed non
plus æquo, & ultra claram mentem Summi
Pontificis, ut extensio dicti juris fiat ad
omnes casus, & cum exclusione omnis mo-
di recursum pro absolute ad Papam, etiam
in his casibus, in quibus evidenter colligitur
Pontifici velle, ut recurratur ad ipsum, uti
in recentibus casibus constat; v. n. 3524. &
3525.

Q U E R E S,

3517 Monialis quedam egressa est à proprio
Monasterio, & ingressa in aliud Monasterium

contiguum, urbanitatis, seu curiositatis causa.
An incipit excommunicationem contra egre-
dientes, & ingredientes?

Pelliz. de Monialib. ca. 5. n. 57. & Bordonus
ibi affirmant, quia Monialis non tenetur
ad claustrum in communi, sed ad claustrum
proprii Monasterii; unde licet in casu trans-
eat de claustrum ad claustrum, claustrum, ad
quam perpetuo servandam est obligata, fran-
git.

3518 Solum dissentiunt in hoc, quod Pelliz.
velit esse duo peccata, & duas excommuni-
cationes incurri, quatenus sunt duo actus, egres-
sus videlicet, & ingressus.

3519 Bord. vero vult esse unum, & unam
excommunicationem incurri ob egressum, quatenus
Bulla Pii V. dum excommunicat Monia-
les illicite egredientes, terminum æquo respicit,
non ad quem, non respicit, inquam, locum,
ad quem ingreditur; cum enim casus
accidere solet, ut Moniales egrediantur ad va-
gandum, lex non comprehendit hunc casum
extraordinarium ingressus ad aliud Monaste-
rium contiguum. Et lex ad ea, que raro acci-
dunt, non aptatur, l. Nam ad ea, ff. de legib.

3520 Si autem cupis citre, quid habes in re-
sentiam; duos actus in presenti casu consi-
derandos puto, egressum videlicet de proprio
Monasterio, & ingressum in aliud, quod pa-
rum refert, si sit ejusdem, vel alterius Ordinis,
cum id materialiter se habeat.

QUANTUM AD INGRESSUM

3521 Deo eam incurrit excommuni-
cationem non reservatam Tridentini. Insuper
excommunicationem Greg. XIII. & Pii V.
reservatam Romano Pontifici. Ab
hac autem posse ab Episcopo absolvi, etiam
si sit publica.

Ratio prima partis est, quia Trident. cit. n.
3483. comprehendit omnes cuiusvis generis,
conditionis, & sexus, adeoque Moniales.
Petiti tamen hæc censura à quovis Confessario
pro Monialibus approbato absolvi, quia
non est reservata, ut in n. 3486.

3522 Ratio secundæ partis est, quia Mo-
niales ingredientes in aliud Monasterium
Monialium, comprehenduntur in Bulla Gregor.
XIII. Ubi gratia, relata n. 3487. non quidem
explicite, sed implicite.

Non, inquam, explicite, quia Bulla explicite
loquitur, & censuram fulminat contra
mulieres seculares cuiusvis conditionis, qua
prætextu licentiarum prætendebant ingredi
Monasteria Monialium, & earum licentias
revocat,

Con-

Confirmatur; quia hæc licentia non con-
cedebatur Monialibus, sed secularibus, nec
Moniales illi prætendebant, sed seculares,
unde de mulieribus secularibus revera Bulla
loquitur, quod in xime convincitur ex Bullis
Pii V. Facillimum num. 2499. Monialium sta-
tui, & Urb. VIII. Sacrosanctum n. 3500. que
confirmat Bullam Greg. & pariter expresse
loquuntur de mulieribus secularibus, ut con-
stat Bullas legenti.

3523 Comprehenduntur autem in Bulla
Greg. implicite, quia contra Moniales mit-
tat licentiam, & eadem ratio legis contra mu-
lieres seculares lata; imo potiori jure. Nec
talis extensio legis ad Moniales videatur dura
Bordono apud Pelliz. cit. n. 3519. Quia Bulla
Pii V. Regulatum personarum, de num. 2490. &
alia ejus. Decret Romanum Pontificem, de num.
3491. expresse comprehendit mulieres ingredi-
entes Monasteria virorum, & in odiosis nomine
mulierum non veniunt Moniales, sed seculares, licet
nomine Clerici, Regulares, nisi, per aliquam
particularem exprimentur; & hoc non obstante,
dicit Bord. cum communis, in Bulla relata Pii
contra mulieres ingredientes Monasteria viro-
rum, comprehendit implicite Moniales ob
identitatem finis, cum vere sit mulier, & expo-
sita periculis non minus, quam quilibet mu-
lier secularis, qui est finis legis.

Ita pariter dicere debet, quod Moniales à suo
Monasterio in aliud Monasterium Monialium
ingredientes urbanitatis aut curiositatis causa,
comprehenduntur implicite in Bulla Greg. XIII.
Ubi gratia, contra mulieres lata; quia sunt ve-
re mulieres, & potiori jure per hujusmodi ea-
rum ingressum scandala sequuntur, & Sancti-
monialium quies, tam unde egrediuntur, quam
quo ingrediuntur, perturbatur; qui est finis
legis; ut constat ex verbis ipsius Bullæ Greg. Et
Canonis percussio, de n. 3505.

3524 Ratio tertie partis est; quia lex Gre-
gor. XIII. non est lata specialiter contra Mo-
niales ingredientes, sed generaliter contra mulie-
res, ut in n. 3487. inter quas comprehenduntur
Moniales tanquam species in genere, & implicite,
adeoque eas jurat Jus Canoniceum cap. de
Monialib. quo reputantur perpetuo impeditæ;
in e sunt ab Episcopo absolvibiles, etiam si casus
sit publicus.

3525 Non sic Abbatisse admittentes, aut
permittentes, & ceteræ Moniales admittentes
hujusmodi ingressum; hæc namque, si casus
est occultus, absolvi possunt ab Episcopo, mi-
nime si est publicus, quia relata Bulla Greg.
expresse specialiter & expresse lata contra ipsas,
unde recurritur dicta n. 3513. Ubi (ut vides)

uno modo discussimus de Monialibus ingre-
dientibus, & atio de Monialibus admittentibus
aut permittentibus hujusmodi ingressum; quo-
niam Bulla diverso modo de illis dicitur, ut
constat legenti in n. 3487.

3526 Possit autem prætatas admittentes aut
permittentes absolvi in foro conscientie à Re-
gularibus pro Monialibus approbato, sequitur
ex dictis n. 3515.

QUANTUM AD EGRESSUM

3527 R. Ep. cum d. distinctione; vel enim
Monialis ita est ita egressa de suo
Monasterio ad Monasterium contiguum, ut
transierit per aliquam viam medium, licet
breve, secularibus communem; vel ita ut
non transierit per talem viam, quatenus duo
illa Monasteria sunt immediate contigua, nulla
interposita via.

3528 Si primum, procul dubio est incurfa
in excommunicationem Pii V. Deori, & bo-
nestati, relatum in num. 3508. ut constat ex
dicendis num. 3570. Et maxime, quia ibi pro-
hibetur egressus, etiam si fiat ad vitandum
aliud Monasterium subiectum; ubi supponit
transitus per vias intermedias secularibus
communibus, ut constat ex fine, & narrativa
Bullæ. Ac proinde de ea dicitur, ut n. 3510.
ad 3515. v. n. 3526.

3529 Si secundum (stando in iure com-
muni, & ad expressa in recentibus Bullis) vi-
detur,

Quod habeatur fractio claustræ materialis,
minime formalis, seu perfectæ, & prout jura
requiruntur ad incurrendam censuram: clau-
stræ enim videtur locus ille, qui juxta clausuram
constituitur: ad quem secularibus non potest ac-
cesserit, Donatus tom. 3. tr. 3. q. 1. n. 5. Mendo
verbo Monasterium num. 3. adeoque violatio for-
malis, seu perfectæ claustræ per egressum vi-
detur egressus de loco, qui juxta clausuram
constituitur, ad locum, ad quem secularibus potest accesserit. Cuius-
modi non est egressus Monialis ad Monaste-
rium immediate contiguum, sed est de claustrum
ad claustrum.

3530 Præter hæc definitio videtur de-
sumpta ex Bulla Gregor. XIII. Deo sacris edi-
ta 20. Dec. 1572. et cit. Conit. 8. ubi in §. 6.
habetur.

[Declaramus præterea, nullis Monialibus,
etiam Tertiaris, licere habere ostium, per
quod ex Monasterio introiri possit in ipsarum
Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam
secularibus ad Milis & Divina Officia pa-
tere solet accessus, sed omnino muro ob-
struendum; neque itidem sic Monialibus
etiam

etiam Tertiaris egredi à janua Monasterii, quæ est pro claustra ipsius Monasterii, etiam ad claudendum aliam ulteriorior januam, qua patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colonicus delinanti, que vulgo *Parlatoria* vocantur, vel ad pulsandum ipsam januam claustræ; que loca, cum saltem pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra claustrum censeri debent, etiam pro tempore quo claustra sunt.]

Idem videtur ex ipsis iuribus tam capituli *Periculis*, & Tridentini, quam ipsius Pii V. *Decretis*, & *Relatiis*, excommunicationem inflicentis, relatis n. 3508. ubi prohibetur egressus Monialium à Monasterio, & expresse assignando pro fine, ne per talem egressum per secularium domos discurrant, & vagent, cum honestatis, & pudicitie virginalis periculo. Quod clare contabit ipsa jura legenti; adeoque recentia jura non videntur dispenso de præsentis casu, singularis nanque est, & extraordinarius.

3531 Dico tamen, recentiam Monialem, quæ est à proprio Monasterio egressa in aliud Monasterium immediate contiguum, & incurritur excommunicationem reservatam B. Pii V. Ratio desumitur ex identitate finis legis, ut daturur patet. Et ex regula, (Lex etiam exorbitans, & penaliter extenditur ad casus similes, quando alias redderetur clausura in cap. *statutus*, de *regul.* Fagnanus in l. 3. pag. 411. n. 41.)

3532 Siquidem ex simili in uu. 3523. omnino eoccedendo.

3533 Non obstat regula vulgata, quod in penultimus non fit faciendæ extensio ex identitate rationis.

Primo, quia hæc regula est desumpta ex regula 15. juris in 6. *Odia restringi*, & *Favores, conveniunt ampliari*: quando autem agitur de puniendis delictis, materia dicitur favorabilis, & expediens Republicæ, l. *ita vulneratus*, ff. ad leg. *Aquil.* adeoque fieri debet extensio. Fagnanus in l. 3. *Decr. Innoc.* 10. de *imm. Confess.* n. 13.

Secundo, quia dicta regula limitatur hæc alia regula: *Ubiunque ratio legis est generalis dicitur, seu dispositio, tunc ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio textus, l. regula, §. fin. Abbas hic n. 9. vers. Et satis potest dici.* Fagnanus cit. n. 12.

Dicta militant in re nostra, nam agitur de puniendo delicto egressus Monialium; quæ puniuntur maxime expedit publico bono Republicæ: Et ratio legis prohibentis, & punientis, nempe discessus, & vagatio ex-

tra propriam claustrum, est generalior dispositio, taliter ut comprehendat discessum, & vagationem in Monasterium immediate contiguum.

3534 Firmatur resolutio facta novissimo, & dispositione Sac. Congr. Episc. & Regul. Factum contigit Panorani, ubi Moniales unius Monasterii, occasione facti parietis, qui earum Monasterium ab alio dividit, à proprio egrediebantur in aliud Monialium immediate contiguum, & de converso. Pro quo facta Sac. Congr. per duo Decreta dedie 3. Octob. 1698. & 18. Septembris 1699. & per tres Epistolas de die 27. Augusti 1699. & 4. Septembris 1699. & 18. ejusdem mensis, & anni, illustratis ac Reverendissimo Archiepiscopo Panormitano directas, quæ in Archivio M. C. Archiepiscopalis conservantur, facultatem eidem Archiepiscopo commisit, recentitas Moniales (salutari penitentia junctâ) à censuris violatæ claustræ Sedi Apostolicæ reservatis. Qui sunt proprii termini decretorum, & epistolarum, quæ originalia præ manibus habui, & propriis oculis perlegi.

3535 Ex quibus duo concluduntur. 1. Recentitas Moniales incurritur excommunicationem Papæ reservatam. 2. Ab ea, si fuit publica, non posse Episcopum absolvere.

3536 Et colligitur. 1. Potiori jure excommunicationem reservatam incurritur, si facta pariete intermedio, & proprio Monasterio egrediantur in domum exterum immediate contiguum, etiam si id faciant animo eam domum cum Monasterio incorporandi; si id absque legitima Superiorum licentia agant: v. n. 3528.

3537 2. Claustrum adequate definitur, quod fit locus ille, qui janua clausa continetur, ad quem exterius non patet accessus. Sic nanque comprehenduntur Moniales alterius Monasterii, etiam immediate contigui, quæ quidem respectu alterius sunt extræ.

3538 3. Monialem, quæ egressa est à proprio Monasterio in aliud immediate contiguum, duas incurritur excommunicationes reservatas, quia duo sunt actus, egressus videlicet, & ingressus, ut in *nom.* 3518. Quantum ad absolutionem excommunicationis ob ingressum, dicitur, ut à *nom.* 3522. ad 3526. Quantum autem ad absolutionem excommunicationis quoad egressum, dicitur, ut à n. 3511. ad 3516.

QUERESH.

3539 An recentitas Monialis possit absolvi à censura per egressum in tute Bullæ Cruciatæ? Resp.

Respond. non posse. Quia privilegium Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessarium, & absolviendi à casibus reservatis, non suffragari Regularibus, & Monialibus, declaraverunt plures Summi Pontifices; Pius V. Const. 132. *Exponi nobis* 22. Julii 1571. Clemens VIII. Const. 64. *Romani Pontificis* 25. Novemb. 1599. & Urb. VIII. Const. 105. in *specula* 16. Junii 1630. ut infra de Bulla, ita ut adhuc id affirmare potius temeriterit sapiat, quam probabiliter; unde non video, quo pacto post propositionem primam ab Innoc. XI. damnatam, possit quis hæc opinionem tenere.

3540 Nec juvat dicere, quod Moniales possint uti privilegio Bullæ de licentia sui Superioris, quia etiam Superior vel est Episcopus, vel Prælati Regularis; isti autem possunt quidem cedere juri suo, & dare licentiam utendi Bulla pro reservatis, sed pro reservatis sibi, minime pro reservatis Papæ; quoniam Papa vult quoad sibi reservata ea subijci Sedi Apostolicæ, per hæc verba: *Ordinis dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subijcti sint.*

3541 Pelliz. de *Monialibus* cap. 7. num. 4. tenet prædictam declarationem Clem. VIII. & aliorum Pontificum comprehendere Moniales subiectas Prælati Regularibus, minime subiectas immo Sedi Apostolicæ, sive Ordinario loci; quia respectu harum cessat finis prohibentis, videlicet, quod electio Confessarii virtute Bullæ pro reservatis, aliquando in speciale vergit Religionis detrimentum. Nam cum hæc sunt exemptæ à regimine Prælatorum Regularium, talis electio Confessarii non potest cedere in damnum ipsius Religionis. Tum quia alius finis est, ut Moniales quoad Sacramentum Pœnitentiæ, subijctantur dispositioni suorum Prælatorum; quo pacto autem possunt quoad hoc subijci Prælati sui Ordinis, si sunt ab eorum jurisdictione exemptæ? ita Pelliz.

3542 Dico autem pro certo, prædictam declarationem comprehendere etiam Moniales à Prælati Regularibus exemptas; constat ex verbis ipsius Bullæ Clem. VIII. ab ipso Pelliz. relatis.

(Concessionem S. Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, & aliorum prædictam articulum eligendi Confessorem, & absolviendi à casibus reservatis, cum fratribus, & fororibus Monialibus Ordinis prædicti (suppliciter B. Mariz de Monte Carmelo) ac aliorum quorumcumque Ordinum, &c. ubilibet, locum minime habere, nec censeri, sed non sine intentionis existere, quod idem fratres

& Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subijcti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus; eisdem tamen Prælati, ut in usu hujusmodi potestatis, seu in prædictis benignis, & faciles exhibeat, precipimus.)

3543 Insuper Urb. VIII. cit. eodem confirmat, dicens, quod talis electio, & absolutio virtute Bullæ cedit in maximum status, & Regularis observantia præjudicium. Item in *detrimentum eorum Regularis disciplina.* Ubi, ut videtur, Clem. & Urb. loquuntur intransitive, minime transitive, nimirum, quod talis electio facta à fratribus, cedit in detrimentum observantia, & disciplina Regularis Religionis ob servantia, & Religionis Monialium; Moniales enim, v.g. Clarissæ sunt vere Religiosæ, & vere in se Religionem, & Ordinem custodiant; solum dicuntur ejusdem, aut diversi Ordinis, relata ad Religionem vitiorum.

3544 Confirmatur à quia Clem. & Urb. eodem modo id declarant, & prohibent quoad Fratres, & quoad Moniales; igitur loquendo quoad Fratres, sumunt finem illum damni observantia, & disciplina Regularis intransitive, ita loquendo quoad Moniales, à quia non minoris, sed majoris considerationis est disciplina, & Observantia Regularis ipsorum Monasteriorum Monialium, quam Religiosorum vitiorum, unde pro ea servanda Pontifices intransitive loquuntur, ac proinde absolute, sive Moniales sint subiectæ Regularibus, sive Ordinariis.

3545 Corroboratur ex n. 3540. ex Urb. VIII. qui quoad exclusionem Cruciatæ vult Moniales etiam Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subijci.

Non cessat igitur pro Monialibus Ordinariis subiectis primus finis.

3546 Secundus finis, quod sint subiectæ dispositioni suorum Prælatorum, etiam verificatur de Monialibus immediate subiectis Ordinariis: quia Ordinari, & Episcopi sunt vere, imò magis principaliter Prælati. Et ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, l. de *procur.* 10. ff. de *publ. in lrem. ill.* Maxime cum idem finis Observantia, & disciplina Regularis servandæ militet pro cunctis Monialibus, sive Prælati Regularibus, sive Ordinariis immediate subiectis.

3547 Confirmatur à quia aliud est dicere, quod Moniales quorumcumque Ordinum subiectæ sint dispositioni suorum Prælatorum; & aliud Prælatorum sui Ordinis. Primum dicit Clem. & Urb. minime secundum, quod Pelliz.

CATALOGUS CENSURARUM,
ET CASUUM RESERVA-
TORUM.

S U S P E N S I O N E S

3548 1. **C**ontra suscipientes Ordines sacros sub titulo fidei patrimonio, vel beneficii, vel extra tempora ab Ecclesia praecipua, vel ante legitimam aetatem vel absque litteris dimissoriis. *Trid. sess. 24. de reform. c. 2. sess. 23.*

2. Suscipientes duos sacros Ordines eodem die, aut duobus diebus continuis, & immediatis, qui suspenditur ab exercitio posterioris; quae suspensio est Papae reservata.

3. Suscipientes Ordinem superiorem per salum, non recepto inferiori, v.g. Sacerdotium non recepto Diaconatu. *Trident. sess. 23. cap. 14.*

4. Contra Clericum, qui vacante Sede Episcopali Ordinem sacrum recipit cum dimissoriis Capitali, nisi occasione beneficii recepti, aut recipiendi arctatus fuerit. Et Capitulum contraveniens interdicto subiacet, & sic ordinati sunt ipso facto suspensi ab Ordine suscipiendis ad beneplacitum futuri Episcopi. *Trid. sess. 7. cap. 10.*

5. Contra Sacerdotem saecularem, aut Regularem, qui coniungit in matrimonium, aut benedicit subditos alterius Parochiae sine licentia Parochi, vel Ordinarii. *Trid. sess. 24. cap. 1. de reform.*

6. Contra Episcopum, qui Ordines, vel primam tonsuram confert extraneo absque dimissoriis proprii Episcopi, aut Ordinationes habet in aliena diocesi absque licentia Ordinarii. *Trid. sess. 23. de reform.*

7. Contra Religiosos introducentes mulieres intra Monasteria, qui sunt suspensi a divinis Officiis, ex Bulla B. Pii V. & Gregor. XIII. Ubi ipse foeminae ingredienti Monasteria virorum, aut e converso, sub praetextu facultatum, excommunicantur ipso facto.

E X C O M M U N I C A T I O N E S

Reservatae Papae extra Bullam Coenae.

3549 1. **P**erverterant, in excommunicatione delegati Papae post annum.

2. Communicantes in divinis scienter cum excommunicatis a Papa: dummodo communicans sit Clericus, & excommunicatus sit nominatim denunciatus.

3. Incensarii nominatim per sententiam Ecclesiae publicati.

4. Illi, qui gravant in personis aut bonis eos, qui sententiam excommunicationis, sus-

pensionis, aut interdicti in aliquam tulerint, si in eo per spatium duorum mensium perseveraverint.

5. Illi, qui post absolutionem a priori excommunicatione reservata Papae, sub conditione comparandi coram Papa, aut satisfactione parti laica, talem conditionem elapso tempore negligunt.

6. Religiosi, qui Sacramentum Extreme Unctionis, aut Eucharistiae per modum viatici, vel matrimonii solemnizant sine speciali licentia Parochi: vel absolvent excommunicatos a Canone, praeterquam in casibus in iure concessis.

7. Confessarii, qui dispensant in votis ultramarinis, SS. Petri, & Pauli, & S. Jacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis aequae ad casibus reservatis Papae absolvent sine privilegio, & concessione.

8. Lacerantes, & exenterantes corpora defunctorum, ut conserventur, vel ut decoquantur, ut ossa possint in alia loca transferri.

9. Dantes, vel recipientes aliquid per modum pacti, & conditionis ob ingressum Religionis.

10. Spoliantes Ecclesiam cum fractura portarum, aut fenestrarum, postquam fuerint per sententiam Ecclesiae nominatim denunciati.

11. Moniales professae, si in Monasterio egrediantur, nisi causa magis incendi, aut lepra, aut pestis, per Superiorem, & Episcopum probata; item eas comitantes, & recipientes.

12. Ingredientes Monasteria monialium sine necessitate, & debita licentia. Et mulieres ingredientes Monasteria virorum sub praetextu facultatum.

13. Clerici, vel laici quacumque arte usurpantes bona, res, jura, fructus, redditus, aut jurisdictiones alicujus Ecclesiae, vel beneficii saecularis, Montium pietatis, aut aliorum piorum locorum; vel impediendes, nec percipiuntur ab eis, ad quos de jure spectant.

14. Praedicatorum, qui aliquid praedicant contrarium, aut dissonum Sacrae Scripturae. Qui tempus praesens futurorum malorum, vel adventus Antichristi, aut certum Iudicii diem praedicant. Qui futura quae specialiter revelata dicunt, aut alienas, atque inanes divinationes, asseverant, ex Leone X. in Concilio Lateranensi.

15. Religiosi, aut Clerici saeculares, qui aliquem inducunt ad votandum, jurandum, aut pronuntiandum, ut apud eorum Ecclesiam

sepulcrum eligat, vel jam electam amplius non mutet, *Clement. cupientes, & cap. 1. Bonif. VIII. de sepulcris.*

16. Illi, qui contra piam sententiam de Immaculata B. M. V. Conceptione, ejusque festum, aut cultum, aliquid quovis modo, publice, vel privatim, voce, vel scripto, loqui, concionari, tractare, disputare aul fuerint, vel argumenta contra eam afferendo, & insoluta relinquendo. *Alex. VII. in Bulla Sollicitudo, die 8. Decembris 1661.*

CASUS 20. RESERVATI

in Bulla Coenae Domini.

3550 1. **H**eretici quuscumque sectae eorumdem receptatores, fautores, defensores, eorumdem libros haereticos continentes, vel de Religione tractantes scienter legentes, retinentes, imprimentes, defendentes, & schismatici: v. r. n. 276. pag. 555. a. n. 281. & pag. 560. a. n. 318.

2. Appellantes ab ordinationibus, seu mandatis Romani Pontificis, ad futurum Concilium; eorumque fautores.

3. Piratae, cursarii, ac latrunculi maritimi discurrentes mare Romani Pontificis, praecipue a Monte Argentario usque ad Terracynam; ac eorum fautores, receptatores, & defensores.

4. Naufragorum Christianorum quuscumque generis bona, etiam in littoribus inventa, surripientes.

5. Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes, praeterquam in casibus a jure, seu ex speciali Sedis Apostolicae licentia permisis.

6. Falsificantes litteras Apostolicas, aut falso fabricantes.

7. Deferentes arma, aut alia usui bellico idonea ad Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel haereticos, per Sanctae Sedis sententiam expressae, & nominatim declaratos. Vel ad Christianae Reipub. aut Catholicae Religionis statum pertinentia in ejusdem dampnum illis annunciantes.

8. Impediendes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam convohunt.

9. Ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, sua, vel aliorum operalibentes, vel sine jurisdictione vexantes in Curia Romana commorantes.

10. Romipetas, & peregrinos, etiam in Urbe morantes, vel recedentes, latentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

11. Interficiendes, mutilantes, vulnerantes, percussiones, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E.

Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis Dilectissimis, Terrioribus, Terris, seu Dominicis ejicientes, necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

12. Occidentes, quovis modo percussiones, aut bonis spoliantes, per se, vel per alios, eos, qui pro negotiis suis ad Romanam Curiam recurrunt, aut eorumdem Advocatos, Procuratores, Agentes, Auditores, vel Judices super dictis causis deputatos.

13. Appellantes ad gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad locum possidentem.

14. Executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum, impediendes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes.

15. Judices saeculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia, quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant, v. r. n. 1. a. n. 719.

16. Impediendes Praetores, ne sua jurisdictione utantur, quique illorum, & Delegationum iudicia edentes, ad Curiam saecularem recurrunt, aut contra illos decernunt, atque in his praestantes auxilium.

17. Usurpantes jurisdictiones, fructus, redditus, & proventus ad Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, vel ea sequentes; v. a. n. 704.

18. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus: v. a. n. n. 704. & a. n. 791.

19. Judices, & quilibet ministri, aut executores saeculares, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas.

20. Occupantes, invadentes, aut detinentes bona, aut terras Ecclesiae Romanae immediate, vel mediate subiecta, & illius jurisdictionem usurpantes.

11. casus sunt desumpti ex ipsa Bulla Coenae, ut in Bullario tom. 4. & 6.

ALII SEX CASUS EXTRA
Urben, & intra Italiam Summo
Pontifici reservati.

3551 1. **V**iolatio immunitatis Ecclesiasticae circa confugiendes ad Ecclesias: v. tom. 1. n. 609.

3. Violatio clausuræ Monialium ad malum finem: v. *h. n. 348.*

3. Injunctio manus violentæ in Clericum;

4. Provocatio, & pugna in duello: v. *to. 1. à n. 2130.*

5. Simonia realis scienter contracta: v. *to. 1. à n. 1201.*

6. Confidentia beneficalis: v. *to. 1. à n. 1264.*

PRÆFATI CASUS HIS CONTINENTUR VERSIBUS.

Casus 10. Bullæ Cœnæ.

3552 1. **H**ereticus, 2. A Papa appellans.

3. cum fure. 4. Pirata.

5. Augens veltigal. 6. Aut Breve Falfificans.

7. Hostibus arma ferens. 8. Victum quive amovet Urbe.

9. Quos Papa. 10. Aut pietas,

11. Aut sua causa ciet.

12. Praefulvus gravis. 13. Ad laicum spectantia factum.

14. Sic reus. 15. Aut Judex, qui trahit acta forum.

16. Prælati, 17. Ecclesiæ usurpans jura.

18. Onus & qui, His statuit 19. Capitis noscit cosque reos.

20. Sedis Apollolice terras quique occupat atrox.

Hos omnes Domini Cœnæ Anathema ligat.

ALII SEX CASUS.

3553. 1. **J**ura sacri violata loci, 2. Vel septa sacrarum Virginum. 3. In Clerum cum violenta manus.

4. Simonia fide. 5. Aut factu producta.

6. Duellum.

Hos intra Italiam, non nisi Papa levat.

EXPOSITIO

3554. 1. **I**n 3, casu Bullæ Cœnæ non comprehenduntur, qui furantur in fluminibus, aut in alio mari, sed in mari Pontificis. Nec qui ad alia pergentes, semel ex accidenti alterius navis bona deprædantur; sed qui ex professo ibi rapinis dæto operam, licet actu nihil furentur. Nec Catholici infideles persequentes, & rapientes. Nec si inter spoliatos, & spoliantes sit bellum, quia tunc non dicuntur piratæ, sed repressalia facientes.

2. In 4. non comprehenduntur, si bona non sunt Catholicorum. Si quis capit cum furæ vitæ periculo, & aliter perissent. Si ab hostibus incendio, aut vi demerguntur. Vel si bona naufragantium ab alio capta, ab eo dono aut furto quis accipiat.

3. In 5. comprehenduntur non tabella, non arctique, nisi quoad novum augmentum. Item impostæ à non habentibus auctoritate imponendi. Eam habent Papa, Concilium generale, Imperator, Rex; eam non habent Civitates, & alii Principes, alterius supremi Principis jurisdictioni subiecti, nisi habeant mixtum imperium.

4. In 6. incurritur, si in literis originalibus, aut authenticis Sedis Apollolice, aliquid etiam minimum addat, mutet, aut delet, quod verborum sensum mutet. Non incurritur, si litera exspiraverit, aut si ferros grammaticales corrigatur.

5. In 7. non comprehenduntur, qui vendunt sine delatione, ut si Christiani in his partibus degentes illis vendant; aut existentes in propriis locis, v. g. Liburni, vendant Turcis ad le venientes.

6. In 10. comprehenduntur illi, qui Romanæ petunt; vel ibi commorantur devotionis, seu peregrinationis causa.

7. In 17. non comprehenduntur, qui tales fructus mobiles furantur, sicut alii fures, quia hi non dicuntur sequestrare, nec usurpare, quod est quedam approprationis species, sed furari. Neque qui bona personæ Ecclesiasticæ usurpant; illi provenientia, non ratione Ecclesiæ, Monasterii, aut beneficii Ecclesiastici, sed ratione patrimonii, aut alterius tituli temporalis, & non Ecclesiastici; nec quando beneficia vacant.

Hæc ex summa Dina, Toledo, & Mendocera. Bullæ Cœnæ, Pro fex casibus Clem. VIII.

3555 Religiosi gaudent immunitate confugiendo ad proprias Ecclesias ob delictum etiam in eisdem Ecclesiæ Monasterio commissum: & Superiores, ac alii extrahentes, incurritur censuram, si eos extrahant ad insidendam poenam in foro externo debitam delicto intra idem Monasterium commissio. Non incurritur autem, si extrahant ad correctionem. Patet ex dict. *h. n. 681. ad 684.*

3556 Quibus accedit decisio Sac. Congr. Immut. in *Asina* apud Mattheucci *to. 2. ver. Immut. Eccl. n. 30.*

(Exposuit Sac. Congregationi super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus, Fr. Carolus de Montecchio Ord. Minorum Observantia Reformatorum S. Francisci, se extractum fuisse de mandato *Asini*, in quo morabatur; insinando propterea declarari incivile in excommunicationem tam ipsum Provinciale, quam Fratres executores; Et eadem Sac. Congr. auditis rationibus à P. Procuratore Generali Ordinis alla-

allati, inter quas adductum fuit, prædictum Fratrem Carolum extractum fuisse ad correctionem, & ob id ad domum discipline translatum; censuit, Provinciale, aliosque Fratres profectos non incurritur. Romæ hac die 19. Aprilis 1701.)

EXPLICATUR EXCOMMUNICATIO PERCUSSORIS CLERICI.

3557 **P**ercussorem Clerici, aut Monachi excommunicat Innoc. II. cap. *Si quis iudicat* in Clericum, vel Monachum manus violentas injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum presumat eum absolvere: comprehenduntur mares, feminae, mandantes, consulentes, aut ad id positive efficaciter cooperantes, effectu secuto.

3558 Nomine Clerici, veniunt Clerici saltem prima tonsura initiati, habitum, & tonsuram gestantes, etiam si sint excommunicati, suspensi, interdecti, irregulares, aut verbaliter degradati. Item Clericus conjugatus, si cum una, & virgine contraxit, & habitum ac tonsuram deterat. Hi quidem gaudent privilegio Canonis: *Si quis.*

3559 Privilegium Canonis amittit Clericus.

1. Bigamus vere, quatenus cum duabus contraxit, vel interpretative, quatenus cum corrupta, *lib. 1. in 6. tit. de bigamis.* 2. Si habitu, & tonsura dimissis, ter monitus non reasumpsit, *c. Cum contingit a. de sent. excomm.* 3. Qui sine habitu & tonsura, enormibus se immiscet, craftando, latrocinia committendo, seditioses, aut bella commovendo, *ec. v. n. 737. & 787.*

3560 Nomine Monachi includuntur Religiosi professi, & Moniales, Conversi, & Conversæ, *c. Cum illorum, & cap. de Monialibus lib. 5. tit. 39. de sent. excomm.* Novitii utriusque sexus, etiam si sint admissi ante annum 15. dummodo non sint infantes, sed usum rationis habeant, & hi dicuntur *Oblati*, cap. *Religiosus, de sent. excomm. in 6.* Tertiarum Medicantium, si habitum gestent, & in communitate vivant. Mulieres Tertiarie in propriis domibus viventes, vitam castibem ducentes, iuxta formam *mon. 748.* præscriptam Const. Leonis X. *Dum intra.*

Eremitæ collegialiter viventes, sub obedientia Episcopi, aut alicujus Prælati viventes, *Gloss. in cap. Qui vero 16. qu. 2. & ex usu com tacita voluntate Pontificis.* Et quamvis professionem non emittant, eorum est similitudina Religio, ad similitudinem scilicet Fratrum Eremitarum.

Omnes illi, qui habitu Religioso assumpto

Examen Ecclesiast.

Monialium servitibus sunt mancipati, & pro illis elemosinas quarunt, dummodo vivant prope Monasterium, earum more. Item Laici, qui habitu Clericali incendentes, intersunt Congregationi Presbyterorum, qui collegialiter modo Religioso sub certo Superiore vivunt.

Denique equites S. Joannis Hierosolymitani: quia sunt vere Religiosi. De reliquis equestribus, dic, *ut in n. 746.*

3561 *Per injunctioem violentam manuum, intelligitur omnis actio exterior injuriosa, personam Ecclesiasticam violenter tangens, sive immediate, sive mediate, ver. gr. si veltum tangat.* Hinc si quis impropria in Clericum deat, aut lapidem projiciat, sed lapis eum non tangat, excommunicationem non incurrit.

3562 Item nomine manus, venit quolibet instrumentum, quo fit actio physica injuriosa, nempe pes, &c. & ponitur manus, quatenus est instrumentum magis solutum ad tales injurias.

Ad hanc igitur excommunicationem incurrendam, tria copulative requiruntur, factum consummatum, violentia, & injuria. Injuria semper est annexa actioni physice, violentie, & nocivæ.

3563 Maftrius ex nostro Atestano summatione & satis actiones, in quibus quis excommunicationem incurrat, vel non incurrat, refert; & quidem incurrit, qui Clericum conspuit, pulvere, luto, vel aqua conspergit, veltum laecerat, aliquid per vim & injuriam de ejus corpore eripit, pileum, v. g. pallium, ita ut actio sit graviter injuriosa, si manu, vel pede, aut baculo eum percutiat. Si manus violentas injicit in equum, cui ille insidet: sistendo per frænum, quia licet talis actio sit levis respectu corporis, est gravis respectu honoris; si eum persequatur, ut in flumen, vel fossam incidat, aut equo decedat. Si in carcere violententer detinetur, aut in loco, unde sine dedecore exire non possit.

3564 Incurrit, qui aliqua ex his injuriis physice offendit Clericum mortuum, Pignatelli *to. 6. consue. c. n. 2.* Sperellus *de. 45. m. 56.* contra Henricæ, qui Canon est favorabilis statui Clericali, & ideo extendendus. Idem potiori jure de Clerico dormiente. Ad non incurrit, qui vestibus non adherentes laceraret. Sequitur *ex n. 2561.*

Incurrit, qui manu sinistra ad collum Clerici injicit, altera manu supra pignorem apposita; aut qui una manu eo per pectus, aut capucium apprehenso, alteram in forma pugni tenens eum minatur: *Si non esset Clericus, te percussisset.* Est enim actio physica, violenta,

Bb

ra,

ta, & injuria, Sperellus *decif. 45. numer. 36.*

3565 Incurrit, qui venenum Clerico prabet, statim ac ille bibit, *Lexana tom. 2. ver. Clericus num. 5. Sperellus dec. 20. etiam si mors non sequatur, quia propinatio veneni est actio exterior physica, violenta, & nociva, ac inde injuria; & secuto haustu, habetur effectus fecutus sufficiens ad censuram; nam recte ponderat Matthaeus tom. 1. ver. Excom. Canonis num. 29.*

(In casu veneni propinati, duplex consideratur effectus; alter est ipsa propinatio, ob quam indubie non incurretur censura, nisi ea consummata esset, & sic nisi Clericus venenum biberet; alter est effectus veneni, nimium mors; & iste effectus nullatenus est necessarius ad incurrendam censuram, sicut non est necesse ad effectum, ut mandans eam incurat, quod Clerici mors, vel corporalis laesio sequatur; sed factus est, quod mandatus sit scilicet exponens Clericum cum pulvere ad aliqua materia attingat, quia semper verificatur, quod violentas manus injecerit in Clericum, per actionem nimirum iustitiae repugnantem, ipsam Clerici personam cum injuria & temere tangentem.)

Quod si mors sequatur, tunc erit factum enorme, & homicidium.

3566 Non incurrit ipse Clericus, qui se ipsum injuriose percutiat; quia jus de persona distincta loquitur, Mistrus contra aliquos.

Nec alius, qui causa disciplinae, & correctionis, Clericum percutit, ut Pater, Superior, Praeceptor, Senex, aut aliquis propinquus. *Constat ex Authentica presbyteros 1. cap. de Episcopo, ex cap. 1. de sent. excomm. & in c. cum voluntate.*

Nec qui clam criminem Clerico abscindit aut vellum tollit; quia non est actio violenta, sed fraudulenta.

Nec qui percutit ad defendendum se, suos, aut suas res, vel honorem, cum moderamine incupitae torale.

Nec si percussio sit iocosa, vel casualis, ut quando janitor, vel apparitor turbam arcens percutit Clericum.

Nec si percussio fiat ex subito, & non plene deliberato animi motu; vel si injuria iudicio prudenti non sit talis, ut ascendat ad mortale.

Nec si ipse Clericus percussioni se submittat, aut consentiat, si percussio non sit injuriosa: ver. gr. si fiat joco, vel si velit ex alterius manibus disciplinam pati; si vero sit injuriosa, percussus est excommunicatus, etiam si Clericus percussioni consentiat, quia inju-

ria statui Clericali irrogatur, cui Clericus cedere non potest: *v. à num. 2096. 2100. & 2119.*

Nec qui ratione officii vi extrahit de Ecclesia Clericum divina officia turbantem, aut ibi indecentia patrantem, *Glossa in ven. Celebationem; quia praesumitur zelo, & non injuria manus injicere.*

Pari ratione non incurrit, qui repellit Clericum injure suam domum occupantem, si alio modo repellere non possit; quia utitur jure suo, adeoque non committit injuriam.

Nec mulier, quae percutit Clericum super honestate, non puris verbis, sed factio eam insultantem, si alio modo repellere non possit: *v. n. 2094.*

Nec qui percutit Clericum in fragranti crimine cum uxore, matre, sorore, vel filia percutit, *ex cap. 17. vero, ut in num. 2096.* Incurrit autem, si percutiat non statim, sed interposito tempore, quo dolor sedari potest. Vel si data opera clam expellat, ut in fragranti exitum percutiat; vel si cum cum alius confanguineus peccantem repelat, quia textus *cit. ita disponit.*

Nec pueri ante annum 14. pueritatis pugnis se percutientes, ut infra *de excomm. in fine.*

Nec qui percutit Clericum degradatum degradatione reali, & actuali, ut infra de degradatione.

Nec demum incurrit Summus Pontifex, si Clericum percutiat; quia subiectum censurae debet esse subditus illi, qui fert censuram; Summus autem Pontifex nullum Superiorem agnoscit, & ideo nullam censuram incurrite potest. Tum quia censura est de jure humano, positivo, & Summus Pontifex est supra omnes jus humanum positivum.

PERCUSSIO DIVIDITUR.

3567 **C**ommutiter à Doctoribus in leviem, mediocrem, & enormem.

3568 Levis est, *qua fit sine reliquione vestigii, aut letali vulnere.* Ulli talis sit, quod dens, aut capillorum copia evellatur, velles effringantur, si stercore vultus sedetur, & similia.

3569 Mediocris est, *qua fit cum reliquione vestigii, sine tamen mutilatione, notabili sanguinis effusione, aut letali vulnere.* Ulli talis sit, quod dens, aut capillorum copia evellatur, velles effringantur, si stercore vultus sedetur, & similia.

3570 Enormis est, *qua fit cum mutilatione, aut cum notabili sanguinis effusione, que non fit à naribus, vel cum letali vulnere, vel licet in se sit levis, sit autem enormis & atrocis ratione digni-
ni.*

vis personæ. Levis nanque erit, si alapa percutiatur Clericus; enormis vero, si Episcopus, Abbas, Provincialis. Levis erit, si sanguis effluat à naribus, quia sunt organum nimis facile ad emittendum ex levisima causa sanguinem: *v. n. 571.*

3571 Recentia diviso percussio in triplicem, est arbitraria, facta à Doctoribus; sed iudicio quidem prudenti.

3572 In jure autem ex Constit. 2. Joannis XXII. apud Confessio pag. 19. duplex distinguitur, levis scilicet, seu modica, & gravis seu enormis; quæ Constitutio, quia valde jurat, assertur, & est, ut sequitur:

(Perlevis litteris vestris circa absolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perpeximus, quæ esset modica, aut levis injuria, circa quæ, sicut talis loquitur, absolventes vobis contulimus potestatem. Ad quod cum sit facti potius, quam juris questio, vobis prout possimus, respondemus; illam videlicet modicam percussioem, aut impulsionem, pugni, palme, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad livorem, mutilationem membrum, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit, nec tam levis sit ictus, aut pugni percussioe sanguis exierit, transire in atrocem injuriam profitemur, ut propter hoc fit absolutione talium abstinendum: ut tamen non solum ipsum factum, imo etiam facti qualitas percutiendi modus, aut injuriandi, circa hoc diligentius attendatur; & ipsius facti circumstantia, loci videlicet, & etiam personæ, quæ sit levis, vel modica, gravis, aut enormis injuria, manifestius cognoscatur. Locique idem, ut in theatro, vel in foro coram Rege, Prelato, vel in Justice, in Ecclesia coram multis in alio loco publico alicui injuria conferatur. Personæ, veluti si Magister, vel Judex, aut etiam Magistratus, aut Prelatus, Pater, aut Patruus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus, ab inferiori, vel humili contra naturam juris patiatur, per hoc quidem graves videantur injurie; & quæ sint levis, aut modica, tanquam ex opposito cognoscatur. Sane quia negotii natura non patitur, ut ad plenum omnia differantur iudicium autem talis enormis injurie vestro duximus arbitrio committendum, ut potestatem vestram, cum ad hæc processeritis, temperetis, ut citra metas hujusmodi potius, quam ultra eas, circa absolutionem talium procedatur, ne injurias de vicina absolutione constiti, de facti in atrocem prorumpant percussiones, vel injurias, & sententias Canonis jam periculosos contententes, in excommunicationis sententias proclivius prolabantur.)

Tolerabilis est enim aliquos, qui per vos etiam possunt absolvi, nobis, vel Superiori absolventes relinquere, quam contra statuta Canonum imagine quodam absolutionis [quod non fit sine grandi periculo] quoniam relinquere innodatum: cum timbra quædam videatur in opere, veritas autem non luceat in effectu, &c.)

3573 Ex his colligis, percussioem tunc leviem, non in se, sed in comparatione ad mediocrem, & enormem; unde in se debet esse peccatum mortale, quia excommunicatio non incurritur ob veniale. Nec sufficit, quod mortalis sit quoad actum internum; sed requiritur, quod talis sit etiam quoad actum externum, quia Ecclesia non judicat de internis; hinc si quis animum internum haberet cum violentia, & injuria percutiendi Clericum, in effectu tamen absque extrinseca violentia & injuria leviter illum peclus tangeret, non incurretur censuram; quia actio externa non esset mortalis in se, sed solum quoad actum odii internum.

3574 In dubio, an percussio sit levis, vel gravis, est censenda gravis, Clericus c. 27. n. 14. ex Extrav. Pi. H. apud Navar. c. 27. n. 91. n. 3764.

3575 Percussor Clerici est vitandus absque eo, quod talis denuncietur, per hoc solum, quod sit notorius percussor Clerici, ita ut nulla valeat tergiversatio celari. Ex Extrav. Martini V.

QUANTUM AD ABSOLUTIONEM EPISCOPUS

3576 **P**otest à percussione levi absolvere, ex c. Perveitit, de sent. excom.

3577 Potest à mediocri, & ab enormi absolvere, si fuerit occulta, ex Decr. Trid. sess. 24. de ref. c. 6. ut in n. 3714. & à publica, si persona excommunicata sit ex impeditis, ut sunt Moniales, &c. juxta dicta à n. 3345.

PRÆLATUS REGULARIS

3578 **P**otest suos subditos, & Novitios absolvere, nedum à percussione levi, aut mediocri, ex c. Monachi, c. illorum, & Si Clausuales, & c. Canonici, de sent. excomm. sed etiam ab enormi, ex privilegio à nu. 3375. relatis; *Lexana tom. 1. c. 18. n. 3. Laym. in 1800. leg. mor. lib. 4. tit. 9. c. 7. n. 10. Tamb. de jure Abb. tom. 2. disp. 14. g. 10. n. 6. Sorbo ver. Absolutio ordinaria quoad fratres.*

Quia in relatis privilegiis, maxime in illo, in quo fuit petitio, qui esset effectus enormis, pro quibus sit ad Sedem Apoll. recurrendum; solum quibus fuit excepti casus, ut in n. 3386.

3390. inter quos non est percussio exornis; exceptio autem tenet regulam in constructum. 3379. Firmiter fundatur, quia in limitatione facultatis reservandi casus facta à Clem. VIII. Prælati Regularibus circa suos subditos, sub nu. 10. conceditur reservabilis Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiuscunque persone. Que concessio (supponit facultatem abolvendi; nullus namque Superior potest sibi reservare casum, quem non potest abolvere: vid. numero 3301.

Quod (ut recte ponderat Matthæucci tom. 1. ver. Excom. Canonis, nu. 55.) magis liquet ex verbis, quæ Urb. VIII. confirmans Decretum Clem. VIII. addidit: *Sanctitas suas deinceps declaravit, ut si huiusmodi Regularium Confessorias casus alienius reservati facultatem petentibus, Superior dare voluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice pariter Regulariter, etiam non obtemperare a Superiore facultate, abolvere. Ubi ad prætor dare voluerit, Pontificem proponere, Superiores per se ipsos, vel alios, quibus id commiserint, posse proprios subditos à præfatis abolvere: v. n. 3302.*

3380. Qui autem sint hi Superiores, dictum est n. 3379. 3432. & 3304.

Quantum ad satisfactionem: v. n. 3377.

3381. De Monialibus exemptis, recte ait Matthæucci cir. n. 60. (Moniales exemptæ se invicem percussiones, abolvuntur à suis Prælati Regularibus, vel aliis de præfatorum commissione, etiam privilegia Regularibus data, eorundem Monialibus communicantur, ut observat Pignatell. tom. 7. consil. 80. num. 4. Præf. par. 2. cap. 3. artic. 7. num. 12. expresse in Bulla Aurea Sixtus IV. indulget: *Ut Moniales, & Tertii Ordinis Sorores, exilesus sub cura Fratrum Predicatorum, & Minorum, respective, possint, & debeant libere, & licite uti in omnibus, & per omnino, privilegia, immunitatibus, gratiis, favoribus, concessionibus, facultatibus, & indultis spiritualibus & temporalibus præfatis Ordinibus Predicatorum & Minorum concessis, quatenus earum sexus, & status non contradicant, & pro Monialibus S. Clarae repetit. Leo X. Const. cum secul, & Greg. XIII. Const. ex benigna Sedis, & Sixtus V. Const. est Mendicantium, confirmantes privilegia Fratrum Minorum de Observantia, & Monialium Sanctæ Clarae, ac Tertii Ordinis Sancti Francisci, etiam per modum communicationis & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus.*

3382. Si in aliquo Conventu sint tantum Prælati, & unus Sacerdos subditus, qui invicem se percussent; tunc si percussio est occisiva,

potest Prælati illum Sacerdotem abolvere; cumque eligere, & abolvi; vel e converso, potest illi facultatem committere, ut ipse Superior abolvatur, locum absolutus subditum abolvere, Port. in res. mor. quia tunc, cum percussio fit occulta, Prælati non est vitandus, sed toleratur; adeoque habet jurisdictionem, & inde potest eam exercere, & delegare. 3383. Si vero percussio fit publica, ut nulla possit tergiversatione celari, videtur, quod non; quia tunc, cum sit vitandus, & inde caret jurisdictione, nec potest abolvere, nec eam delegare.

Attamen Diana 10. 6. tr. 2. ref. 26. Passerinus, Lexana ver. Clericus, nu. 17. Port. cit. & alii cum Tamb. docent, quod tunc, licet non possit sibi eligere subditum pariter percussorem, quatenus hic, cum sit vitandus, non est capax jurisdictionis; potest tamen eligere alium Sacerdotem, & ab illo abolvi; quia tunc, licet sit privatus jurisdictione, illa electio non est actus jurisdictionis, sed solum designatio personæ, cui Papa ex vi juris aut privilegii dat jurisdictionem.

3384. Si subditus sit laicus, aut Superior non sit talis, qui potestatem ordinariam habeat abolvendi, adeoque non possit eam alteri delegare, ut in n. 3302. 3379. & 3432. tunc recurrere debent pro abolvitione ad Superiorem Provincialem.

QUÆRES I.

3385. *A quo sit abolvendus Religiosus, qui Religiosum alterius Ordinis, aut Clericum secularium percussit?*

Alter, de elect. c. 26. n. 67. Rodr. & alii apud ipsos tenent, Prælati Regularis abolvere posse suos subditos à Censura Canonis ob percussione etiam enormem alterius Religiosi, sive proprii, sive alterius Ordinis, sive etiam Clericorum secularium; hac moti ratione, quia privilegia Prælatorum Regularium abolvendi ab huiusmodi censura, relata n. n. 3379. ad 3392. maxime privit. Bonif. IX. Ordini Prædicatorum, hanc dant facultatem absque limitatione.

3386. Dico tamen, Religiosum Clericum secularium percussentem, non à proprio Prælati Regulari debere abolvi, sed ab Episcopo, ex cap. Religio in 6. sub eodem titulo, vel à Sede Apostolica ex Iure Curie, vel à Superiore Regulari de licentia Episcopi loci.

3387. Religiosus vero percussens Religiosum alterius Ordinis, debet ab ambobus eorum Prælati abolvi, ex eadem Decretali, his verbis: *Si vero claustralis aliquis in Religiosum*

personam alterius claustris manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & eius, qui passus est injuriam, abolvatur. Quam decretalem Cabal. n. 9. & Engel. num. 112. ex Molina apud Matthæucci cit. n. 48. explicant, ut absolutio, & executio pœnæ fiat per Superiorem percussoris, tanquam per Judicem Ordinarium, cum præsentia, & consensu Superioris offensis, tanquam actoris super injuria sui Religiosi, nisi Superior offensi integrum negotium Superiori percussoris commiserit, aut injuriam remittat.

Quod si Religiosi illi ad invicem, & mutuo se percussent, poterit quilibet Superior suum subditum abolvere; quia injuria compensatur, Alarius pag. 626. n. 9.

QUÆRES II.

3388. *An Regulares possint abolvere seculares, & externos à percussione levi Clerici?*

Posse, tenent Diana par. 9. tr. 4. ref. 53. & Verricelli trati. 8. quest. 15. cum aliis apud ipsos; quia licet Regulares non possint abolvere seculares à casibus ipsis specialiter reservatis, à casibus scilicet, quos ipsi in propriis respectivè dicebatur sibi reservari; abolvere possunt à casibus ex jure communi reservatis Episcopis, seu à quibus ex jure communi conceditur Episcopis facultas abolvendi; talis est percussio levis, que proinde hodie (ait Verricelli cit. n. 15.) non est excommunicatio Papalis, sed Episcopalis, Episcopis competens, non ex jure speciali, sed ex jure communi, & ordinario, ex cap. Pervenit, ut in n. 2576. v. n. 3429.

3389. Nec obstat dicunt Decr. Clem. VIII. de anno 1602. relatum num. 3472. ubi prohibetur quilibet Confessario tam seculari, quam Regulari, sub pretextu privilegiorum absolutio Injunctum violentas manus in Clericos; juxta Canonem: *Si quis suadente diabolo 17. quest. 4. ac juris dispositionem*: quia talis reservatio est facta juxta juris dispositionem; jus autem commune, c. Pervenit, percussione levem commisit Episcopo; adeoque restrinxit Canonem: *Si quis suadente, ubi habetur reservatio Papalis, ad percussione mediocrem, vel enormem; & extra Urbem, solum à mediocri, vel enormi, non posse seculares abolvere; quia hæc sola in reservatione Clem. VIII. comprehenditur, minime percussio levis.*

3390. Dico tamen, Regulares non posse intra Italiam, & extra Urbem, seculares abolvere à percussione levi, nisi ab Episcopo facultatem obtineant abolvendi casus ipsi reservatos, Miranda in man. Prælatorum, tom. 1.

Examen Ecclesiæ.

9. 4. art. 2. Leone de censur. apud Dianam cit. & alii. Ratio est: quia Decretum Clem. VIII. absolute reservat percussione violentam, non distinguens de occulta, aut publica, nec de levi, aut mediocri, vel enormi; & ubi tunc distinguit, nec nos distinguere debemus. Nec Canon: *Si quis suadente, distinguit de levi & c.* ut patet in n. 3577.

3391. Neque verba Decreti reservantis, ac juris dispositio, favent Confessariis Regularibus, quia jus c. pervenit (ad quod verba referuntur) abolvitionem à percussione levi concedit Episcopis, minime Confessariis Regularibus, aut faveat dicta verba eandem facultatem confirmat Episcopis, sed ex parte prohibet cunctis Confessariis tam secularibus, quam Regularibus, intra Italiam, & extra Urbem. Et hoc fit, quod non possint à percussione levi externos, & seculares abolvere.

3392. Qui tamen poterunt à percussione levi seculares, & externos abolvere, si facultatem supra casus Episcopo reservatos ab ipso Episcopo obtineant, quam facultatem Episcopos posse illis delegare, non est dubium, quia est potestas ordinaria; & tunc Confessarii seculares, aut Regulares, à percussione levi abolvunt, minime virtute privilegiorum, sed ex delegatione, & commisso Canonis.

De privilegio Canonis, fufe agunt Privitera à pag. 22. ad 34. Peyr. tom. 2. p. mibi 381. Matthæucci ro. 1. à pag. 311. Clericatus c. 27.

CASUS 8. RESERVATI

Illustris, & Reverendissimo Archiepisc. Panormitano.

3393. **R**. Aptores virginum, prolem suffocantes, & nefandum sodomitæ scelus, non modo exercentes, sed etiam semel committentes.

2. Paganis viris, vel mulieribus, aut bestiis abutentes.

3. Qui Sanctimonialis, vel alias mulieres intra Monasterium commorates, turpiter alloquuntur, illidemque per se vel alios scribunt, vel turpiter quid intendunt, aut tractant.

4. Sortilegium operantes, & magicas artes, veneficia, superstitionesque exercentes, & quolibet Sacramento, vel sacramentali, aut re sacra ad abutentes.

5. Litterarum, ac sigilli Archiepiscopalis, & ejus Curie falsarii, & qui litteras, & scripturas Archiepiscopi, vel surro-abripiunt, vel quovis modo mutilant, aut deturpant, ut

- negre legi nequeant: v. num. 3544. num. 5.
- 6 Notarii, qui legata ad pias causas facta non denunciunt.
- 7 Clerici ad quoslibet Ordines per saltum, vel furtive promoti: vide infra de Irregul. tom. 3. n. 27. & 19.
- 8 Bonorum Ecclesiasticorum, inavores.

EXPLICATIO.

3594 **P**rolem suffocantes, dicuntur persona illa, quæ in lecto, periculum advertentes, & non curantes, prolem opprimunt; vel quæ prolem ex adulterio, v. g. natum, ut occulent, suffocant.

3595 Non sufficit ad reservatorem, si raptus sit viduus, aut desolatus. Conditiones raptus v. n. 2158. pro sodomia: v. à nu. 2145. ad 2178.

3596 Nomine *Paganus*, non veniunt heretici, sed non baptizati, & Turcæ, &c.

3597 Qui felle fortilegium committit, incidit in reservatorem; quia vero dicitur fortilegium operans. Non sic femel, aut iterum magicas artes, veneficia, & superstitiones operans, quia reservatio hic requirit exercitium, duo autem, vel tres actus non faciunt exercitium; nam exercitium dicit frequentiam. Tamb. tom. 2. pag. 46. n. 13.

3598 In 6. casu non comprehenditur legatum factum ad satisfactionem rei ablatæ, aut furti; at peccant mortaliter in hac Diocesi Notarii illud non denunciantes, ex præcepto Synod. Panor. de anno 1679. num. 243. ubi fit distinctio inter legata ad pias causas, & legata ad satisfactionem rei ablatæ aut furti, & ideo pro utraque est peccatum, sed pro prioribus reservatio.

3599 Pro 8. casu inaviso proprie est bonorum stabilitum; nam mobilium, dicitur furtum, ut inn. 3554. n. 7. ubi vide, quæ sint bona Ecclesiastica.

3600 In Diocesis, ubi in peccato carnis cum Confessario reservatur peccatum complicis, nomine *peccati carnis*, venit, non solum culpa consummata (nisi exprimat) sed quodlibet peccatum mortale externum carnis, nempe tactus impudici, &c. Item nomine *complicis*, venit persona illa, quæ cum Confessario peccavit: hæc quidem non potest ab eodem valide absolvi; bene vero ab alio Confessario, quia respectu ejusdem Confessarii, peccatum complicis est in tali Diocesi reservatum, minime respectu alterius Confessarii; nam respectu alterius Confessarii persona illa non dicitur complex in peccato carnis: v. tom. 2. pag. 601. n. 608.

CASUS RESERVATI

In Ordine Minorum Regularis Observantia S.P. Francisci. Ministris Generalibus, & Provincialibus.

Pro Observantibus sunt 19.

- 3601 1. **N**omen Dei, aut Deiparæ Virginis Mariæ blasphemantes.
- 2. Rebus sacris abutentes.
- 3. Quidquam in Religionis detrimentum, extra Religionem patefacientes.
- 4. Discordias Patrum, vel depositiones Prælatorum manifestantes.
- 5. Calumniam in judicio cuiquam imponentes, vel ad id faciendam inducentes.
- 6. Falsæ, ac sceleris, quempiam accusantes, & accusantes revelantes.
- 7. Falsum testimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut alium quomodolibet infamantes.
- 8. Jurati veritatem negantes, & falsum affirmantes.
- 9. Ter debite moniti obedire reuentes.
- 10. Consummatum carnis peccatum quodcumque admittentes.
- 11. Danarios contra Regulam accipientes, tenentes, vel aservantes.
- 12. Rei sacra vel notabilis furtum perpetrantes.
- 13. Religionis bona extra Ordinem donantes.
- 14. Fratribus, vel secularibus vendentes, aut quovis alio modo alienantes.
- 15. Generalis, vel Provincialis, aut eorum Secretarium litteras tom missas, tum accipientes, impediendes, frangentes, falsificantes, & quomodolibet interceptes.
- 16. Signillum Ordinis, vel cu usvis alterius Prælati, aut personæ notabilis, falsificantes.
- 17. Libellum famosum facientes, fieri procurantes, inducentes, consulentes, projicientes, vel publicantes.
- 18. Graviter quempiam percutientes, aut contra Prælacum machinantes.
- 19. Carnes, cum Ecclesiæ præcepto, vel Regulæ vetitum fuerit, comedentes, nisi scriptam facultatem ob necessitatem à Superiore antea impetnaverint.

PRO REFORMATIS 13.

- 3602 1. **V**eneficii, incantationum, e fortilegii.
- 2. Dissubdientia contumace, & quando facta la terza monizione per un giorno naturale, il suddeto persevera nulla dissubdientia.

- 3. Percussione grave d'un altro Religioso, o Chierico secolare.
- 4. Manifestazione di cose, che infamino la Religione, o Frate particolare.
- 5. Peccato di carne volontario compito.
- 6. Proprietà di peccato mortale.
- 7. Furto di cose notabili, o replicato.
- 8. Falso accusa con infamia dell'accusato, o dar memoriale falso in qualche Tribunale.
- 9. Falso testimonio in giudicio.
- 10. Falsificazione di mano, o suggello de' Superiori, o di persona notabile, o del Convento.
- 11. Malizioso impedimento, o ritardazione, ed apertura di lettere de' Superiori a' sudditi, e de' sudditi a' Superiori.
- 12. Far libelli famosi, consigliare, o indurre, che li facciano, quando si giunge a segno, che siano esposti, buttati, o in qualsivoglia modo publicati.
- 13. Procurare, ajutare, consigliare aborto animato, ancorchè non sia seguito il peccato.

Vide dicta super Decr. Clem. VIII. à num. 3329.

Super quod dubitatum fuit, An in Decreto Clem. Papæ VIII. de anno 1392. 16. Maji super qualitate casuum ab eorumdem Regularium Superioribus reservandorum edito, censura etiam comprehenderentur; ita ut iidem Superioribus absque Capituli Generalis, aut Provincialis consensu, aliquibus peccatis in Decreto hujusmodi non contentis, excommunicationem annectere, ejusdemque absolutionem sibi reservare liceat? S. Cong. Card. negotiis Regularium præposita, Illustrissimo Bandino referente, censuras in suprascripto Decreto comprehendi censuit. Romæ 7. Julii 1617.

CONFESSARIUM SCIENTIA.

3603 **C**onfessarius ut valide absolvat, requiritur, & sufficit, quod cognoscit peccata saltem per rationem consilia peccati, & sciat formam; Bulem. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 4. n. 3. quia sic habet partes essentielles Sacramenti.

3604 Ut autem licite absolvat, ejus scientia debet esse tanta, ut sciat discernere, an peccata, quæ communiter patrantur, sint mortalia, vel venialia, unum, aut plura, circumstantias mutantes speciem in peccatis cum unum procederetibus; nam de aliis etiam doctores sæpe dubitant, Leander hic disp. 71. q. 2. 106. qui cum multis quæst. 109. ait, requiritur, equal Confessarius de omnibus, æque audit à penitente, judicet, an sint peccata

gravia, vel levia; imo neque, an sint, vel non sint peccata; sed de communibus: reiquia vero audit, & intelligit, ac poltea absolvat, cum debita intentione: quia si non tenetur omnia peccata cognoscere, minime tenebitur determinatum judicium de omnibus ferre.

3605 Item scire debet spectantia ad restitutionem; requisita in penitente, ut sit recte dispositus, & remedia peccati opportuna, insuper casus reservatos, censuras, & irregularitates.

3606 Confessarii Regularis, ex suis privilegiis, extra Italiam, & intra Urbem absolvere possunt toties quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus 20. reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & casibus reservatis Episcopis pro singulis respective Diocesis. Idem vero intra Italiam, & extra Urbem, absolvere pariter possunt toties quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus Episcopis reservatis, casibus 20. reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & insuper aliis sex casibus Pontificiis, qui post præfatos 20. reservantur. Unde Confessarii Regularis solum habent, & casuum in propria Religione referuntur, debent memoriam tenere. Insuper absolvere non possunt nominatim excommunicatos per fruentiam ab homine, nisi virtute Bullæ Cruciatæ, & satisfacta parte: vid. in pag. 2. præf. 12. ab Alexand. VII. damn.

3607 Confessarii autem seculares, ultra præmissas debent quantumplurimum aliarum censurarum reservatarum memoriam tenere; quapropter omnium catalogum pro Confessario in commendo apposui.

3608 In casibus difficilibus, sufficit quod sciat dubitare, & tunc, si sit periculum errandi, v. g. circa impedimenta matrimonii, restitutionem, censuram, reservata, &c. debet absolutum differre, atque quoque libros consulat, aut doctores.

3609 Sacerdos notabiliter in scientia deficiens, mortaliter peccat, si ad audiendas Confessiones se exponat. Major autem, aut minor scientia requiritur, & sufficit, juxta locorum, & penitentium diversitatem, juxta illud Isaia 24. *Erut sicut populus, sic Sacerdos*. Sæpe penitentes docti possunt Confessario juvare: vide numer. 278. 2684. 3233. & 3312.

CONFESSARIUM PRUDENTIA.

3610 **D**ebita prudentia Confessarius utetur, si accurate (s)l, & Sacramenti conditionem attendat. Est hoc Sacramentum factu da tabula post naufragium: adeoque Tribunal